DIVINI HIPPOCRATIS APHORISMORVM,

ID EST SELECTARVM MAXIMEque ratarum ſententiarum,

PARAPHRASIS Poëtica:

AVCTORE ANDREA ELLINGERO, MEdicinæ Profeſſore in Acad. Ienenſi.

Acceſſere, ut ſequens pagella indicabit:

FRANCOFVRTI,
Apud Andream Wechelum,
M. D. LXXIX.

TOMO II.

AD MAGNIFICVM VEREQVE NOBILEM, DOCTRINA, SAPIentia, omnique genere virtutum præstantissimum, D. IOANNEM FICHARDVM, V. I. D. inclytæ Reip. Francfordiensis ad Mœnum syndicum:

In Paraphrasin Aphorismorum Hippocratis Poeticam ANDREÆ ELLINGERI *procœmium.*

AT nunc trita meæ carpens vestigia Phœbo
Professionis auspice,
Diuini meditabor opus senis aurea dicta,
Sententiasque interpretes
Vatidicæ mentis, totius lumen & artis
Versu Latino dicere.
Ne, quibus unum opus est, tristes pallentib. ægris
Miscere succos, increpent
Me fabrum tractare minus fabrilia, & ocii
Ignobilis fructum sequi:

Huc ades, & voto nostri subscribe laboris,
Ficharde consultißime
Sanctarum legum iurisq́ utriusq́: medendi
Cognosce item leges sacras
Hippocratis magni & sapiētis, tu quoq́ magnus
Sapiensq́, principis pater (alti
Vrbis Francigenûm, tibi quæ patria & domus,
Propter sitæ Mæni vada.
Accipe docte senex docti senis oraclorum,
Oraculum ipse vrbis tuæ, (bis
Tmemata bina quater, quib. ille immunia mor-
Præstare solitus corpora
A sæuis, velut ipse animos mentemq́ probroso
A scelere, legum vinculis.
Sic medici estis vterq́, & constat præside vtroq́
Sua sanitas tam corpori
Quàm menti. duo sic quæ præstantißima terris,
Ambo tuemini bona.
Inuentum Atthæi perhibentur iura Solonis:
Solone quid sapientius
Græcia docta tulit? Medicina accepta refertur
Antiqua, vera, sobria
Hippocrati Coo: quo nil diuinius Ellas
Tot inter illustres viros

Artibus

Artibus inuentis habuit. Stirpemq; genusque
Alcidæ & AEsculapii
Admirere licet, dias in luminis oras
Qua natus ille creditur:
Nec minus ingenij thesaurum diuitis, & vim
Doctrinæ, opesque maximas:
Cùm sapere & fari diuinum, oraclaque Phœbi
E tripode tanquam fundere
Certa vetustati sit dictus, & aurea paßim
Scientiarum semina (meßis
Spargere Triptolemi in morem, vnde vberrima
Philosophiæ illa effloruit
De rerum naturæ ortu interituque. fatebor
Namq;, & fides dictis erit:
Quidquid Aristoteles cum præceptore Platone
De rerum initiis differunt,
Id prior Hippocrates inuenit, & amentatas
Hastas Philosophis tradidit:
Quas illi argutæ validis torsere lacertis,
Armis & eloquentiæ.
Quantus enim noster quãq; vber Claudius exit
Asiaticæ facundiæ
Flumina agens torrentia, se debere magistro
Agnoscit vni Hippocrati.

In medio sunt scripta viri: sed Luna minores
Vt inter ignes emicat,
Sic Aphorismorum qui inscribitur aurea verè
Præcepta complexus liber,
Qualia non ullis auctorum prodita scriptis
Generis vel illustrißimi
Exstant: quippe nihil solida fultum nisi veri
Ratione in illis dicitur.
Vnde etiam sapiens eadem fuit admirata
Oracla velut antiquitas.
Nec Theophrasteæ quisquam nisi somnia sectæ
Nugasq; qui insanus probet,
Nunc quoq; sustineat reprændere numinis in-
Diuina fantem Hippocratem. *(star*
Sunt qui relliquias doctrinæ has esse piorum
Sententias patrum putent,
Iapeti, Semiq; nepotum: Phocylidæ ceu,
Theognidisq; carmina,
Ascræiq; senis, scatebris manantiaq; iisdem
Quædam Sibyllæ & Orphei.
Pondus inest verbis, pressæ, argutæq; breuesq;
Gnomæ, vtilesque moribus,
Rectricesq; viæ & rationis si qua medendi est,
Vt esse constat, quam rei

Natura monstrante sequi ceu fila iubemur
Cressæ teretia virginis.
Plurimus has scriptor tā nostra ætate, vetustis
Quàm seculis exponere
Ausus, & obscuris lucem addere, se quoque luce
Micantium illarum premi
Sensit. maior in his rerumq́ profundior exstat
Scientia: omnis erui
Quamlibet ingeniosi & docti ut acumine possit
Interpretis: pulcrè tamen
Et præclarè operam posuit, quicunq́ recentum,
Quicunque veterum huc contulit
Ingenij vires: quos inter principe habendus
Noster Galenus est loco.
Mî placuit numeris, certa qui lege coirent
Non vnius generis pedum,
Abstrusos paraphrastæ in morē includere sensus.
Vtcunque difficilis labor,
Ne labefactetur sententia liberioris
Orationis copia,
Maiestasq́, cauere: hîc verè singula verba
Oracla cùm sint singula,
Ad veri trutinā appēdenda exactè & amussim
Fuere conuertentibus.

QVAM ſtudii, ſi qua eſt, operã, nauata, Fichar
Laudi vniuerſam conſecro (de
Virtutiq; tuæ: quò liuor cuncta malignus
Qui carpere amat, nil gignere
Sollers ipſe bonum, frugi, laudabile, rectum,
Inuento aſylo mæreat
Præſidioq; mihi. quid enim (clamoribus aſper
Fortè intonabit) verſibus
Quid malè tornatis, iteramq; incude nouandis,
Culpaq; deteris ingenii
Rerum quas melius tereti lectiſſima proſa
Legunt, quibus curæ hæc legere,
Seu Leòniceni, ſeu Gazæ? purius ipſis
Hauritur vnda e fontibus.
Mome precor pſalmos Heobani carpe Latinos,
Siberi item, & docti Scoti.
At non carpã inquis pulcra & iucunda canẽtes,
Et fonte traductas ſacro (mnos
Res. quis enim ſacros verti indignabitur hy-
Horatiano carmine?
Si niſi quæ ſacra eſt, deſcribi nulla meretur
Materia verſu: non erit
Cauſſa, ut opinor, cur ſimili non digner honore
Rerum omnium pulcherrimam

Qui-

Quas hic mūdus habet, Medicinā, lucis & auræ
Ministram, & almam præsidem
Denique libatam cælo, rerumque parentis
Inuentum, & omnino sacram.
AT *tu iuridici decus & tutela senatus,*
Fictarde nobilissime,
Rhenani sydus tractus, quo sospite nunquam
Sperare desinet bene
Publica res patriæ, cuius tu commoda rebus
Postponere haud vnquam tuis
Visus es, vt, quò splendida te Regumq; Ducumq;
Et ciuitatum arbitria
Spe lucri traherent, illa sequerêre relicta,
Priuatus & census tibi
Incrementaque honorum, & opes potiora salute
Forent tuorum ciuium:
Parua mei ne sperne, precor, monumēta laboris
Tuo dicata nomini.
Sint gratæ mentis specimen, sint pignus amoris
Dulcisque beneuolentiæ:
Quam peperit perspecta mihi tua opinio de me
Honorifica præclaraq;,
Præterquam illustris tua quòd testataq; virtus
Terrarum in oris omnibus

Te summis commendet & imis, famaq; qualem
Romana in urbe Scæuolam
Quondã, & Aristidem iusti rectiq; tenacem,
Fuisse Athenis prædicat.
Sic bene firma tibi crudi languoris & expers
Custode Mæcenas Deo
Duret honoratæ maiestas dia senectæ,
Vigeatq; in annos plurimos:
Quæq; tui voti summa est, tibi viuere Christo
Contingat & soli tibi,
Mole graui rerum patriæ, curisq; soluto
Tandem & fori negotiis.

Script. Ienæ Thuringorum Kal. Iulii An.
M. D. LXXVIII.

Et medicus & poeta Phœbus est parens
Musarum & Æsculapii.
Rectè, sibi quis liberos persuaserit
Non posse iungi Apollinis
Serenus hoc tentauit, & quondam Macer,
Hessusq; nostro seculo,
Aliiq; non pauci: & tulere gloriam
Pulcri laboris. At magis
Anhelat Ellingerus ad laudis iter hoc
Maius per arduum decus,
Numeris canens adstricta sensa & abdita
Coi magistri Romulis:
Priora cui nec simile viderunt opus,
Nec secla cernent postera.

Adamus Siberus An. M. D. LXXV, die coronationis Maximiliani I. Aquisgraniæ.

Laudo Ellingeri studium & industriam: qui, ut Hippocratëis maior adesset auctoritas oraculis, maior quinetiam in ediscendo facilitas, numeris ea Latinis exprimere non inani sit conatus opera.

Theod. Zuinger. Basil.

ANDREÆ

ANDREÆ ELLINGERI PARAPHRASEOS
Aphoriſmorum Hippocratis Poeticæ ſectio prima.

APHORISMVS I.

προοίμιον operis.

Vita breuis, ars longa, &c.

βίος *Vita breuis, longæ fons multo vberrimus artis:*
τέχνη *Ipſaq; ſeſe oculis præceps occaſio noſtris*
καιρός *Eripit, & lenti fruſtratur vota medentis.*
πεῖρα *Lubrica itẽ & malefida eſt experientia, nec non*
κρίσις *Iudicium ratiove operoſa eſt difficilisque.*
ἰητρός *Nec ſolùm ipſe ſuo Medicus fungatur oportet*
τὰ δέοντα *Munere, præcipiens rectè facienſq; quod ægro*
νοσέων *Ex vſu eſt, ſed & hũc præſtet turbãq; miniſtrã*
παρεόντες *Pareat vt dictis, & idonea iuſſa capeſſat.*
τὰ ἔξωθεν *Exteriora etiam prudens perpendat, & ægro*
Faxit ut ipſa domus & ſpirans commodet aër,
Neu ſermo feriat malè gratus rumor & aures.

Aliter.

Horat. Vitæ ſumma breuis. *Vita breuis, Medicina ars lõga, occaſio præceps,*
Iudicium perdifficile, experientia fallax.
Quòd niſi cũ medico conſpiret & æger, & huius
Fida domus, ſternẽſq; thoros epulaſq; miniſtrãs:
Denique ni locus & cœli allabentis amictus,
Haut potis elidi grauis inclementia morbi.

APHO-

APHOR. II.

In turbationibus alui,&c.

De qualitate euacuationis.

Sponte sua turbata aluo si qualia oportet
Purgentur, mollique fluant cedentia lapsu:
Eximie prodest, nec non bene sustinet æger.
Sin contrà: neq; cõmodo erit, placidè neq; ferre
Is poterit, fracto viresque tenore labascent.
Sic & vasorum depletio quam Medicina
Molitur, κενεαγγεῖν, (qua voce magister
Vtitur hîc Cous) bona erit facilisque, vbi qualẽ
Expediet duci, talis secesserit humor.
Contemplare igitur rimanti cautus ocello
Ætatem, morbum, regionem, tempus & anni:
Singula quidq; horũ iubeãtue vetẽtue require.

ταραχαὶ τῆς κοιλίης αὐτομάτως factæ.

κενεαγγείη.

ἐπιβλεπτέα.

APHOR. III.

Athletarũ plenior corporis habitus,&c.

De quãtitate euacuationis.

Habitus boni athletarum, & ad summũ boni,
Pulcri licet, constantis haut fidei tamen,
Sed lubrici, impotentia & quorum grauis
Vel possidenti sternere hũc repente amet
Visum vel optimè valere, ni caueat,
Et imminenti cautus occurrens malo
Minuendo clausas spiritibus laxet vias,
Ne stranguletur ipse natiuus calor.
Nam quia statu durare in eodem, nec frui
Quiete secura, in meliusue augescere
Possunt, superest in peius omnino recidant,
Vitaque nexu fomitem elidant graui.

εὐεξίαι αἱ ἐπ' ἄκρον.

ἀπόληψις τῶν πνευμάτων, Hippocr. 4. Reg. acut.

Quare

λύσις τῆς αὐτῆς ἐυεξίης.

Quare relictis vnum agas hoc omnibus,
Venas ut infarctu tumentes liberes,
Volitanti & aurae peruium reddas iter,
Premasque castigesque talem euexian,
Ceu luxuriem pingui segetis laeta in solo,
Initia nutricationis vt noua
Moles onusti spissa capiat corporis.
Nec tamen ad extremum placet deducier
Detractiones, quas vocat ξυμπλώσιας,

ξυμπλώσιες.

Cum penitus in se vasa considunt, senex.
Etenim graue hoc, periculosum & lubricũ est
Sed qualis est natura, vires quanta item
Hominis, eousque par fuerit nos progredi,
Modumque moremque actionis ponere.
Aequè malum quoque est repletionibus

ἀναθρέψιες.

Studere nimiis & modum excedentibus.
Extrema fuge, laus omnis in mediocribus.

Aliter.

Pulcris stare diu Parcarum lege negatũ est. Catull.

Perducta summum plenitudinis ad gradum
Euexia perquam lubrica est gymnastica,
Et prona nutat in periclum: atque hoc magis
Quo plenior illa, quóque erit speciosior.
Neque enim quiescit in meliusue proficit.
Sublapsa retro ergo refertur, & ruit
In deterius, corpusque stipatum opprimit.
Mora tarda abesto, protinusque sanguinem,
Vt ille castigetur habitus, detrahe,
Pulcer nimis formidulosusque, ut noui

Initia

Initia pastus membra capiant. Non tamen
Vacuando eousque perge, vasa ut concidant,
Σύμπτωσις & fiat. perinde enim hoc nocet
Atque illud. ut natura igitur fert, conuenit
Modumque moremq; inuenire. Extrema enim
Periculosa vt euacuatio est, ita
Extrema damnosa omnis est repletio.

Aliter.

Si plenior quis factus & speciosior,
Magis coloratusque: bona debet sua
Suspecta habere. quæ, quòd in eodem diu
Subsistere habitu, vltraue nequeant progredi,
Retro ferè quadam reuoluuntur velut
Ruina, & ingens procreant periculum.
Sua laborant quippe magnitudine,
Suis & ipsa conficiunt se viribus.

APHOR. IIII.

Victus tenuis & exquisitus, &c.

De ægrotantium victu.

Tenuis & exquisita victus formula,
Lubrica, parumque tuta, & in longis quidem
Chronicisque morbis perpetuo. nam virium
Robur tueri, non minuere hic addecet.
Sed quos acutos nominamus, hi licet
Tenuem requirant, est tamen cùm præstiterit
Et hanc cauere, minus ut aptam & congruam.
Nam septimum qui perseuerant ad diem,
Bis septimumue, haut conuenit: contrà quibus

λεπταὶ & ἀκριβέες δίαιται.
De quantitate victus.

Quarto

Quarto cituſue inſtat vigor, percommoda
Extrema victus tenuitas nihil dare.
Rurſumque tenuis planè ad exactum modum,
Perquam moleſta difficiliſque: nec minus
Deducta ad extremum nocet repletio.

APHOR. V.

ἁμαρτήματα ἐν λεπτῇ διαίτῃ.

Manard. l. 4. epiſt. 2.

Cicero: Graues ſolēt offenſiones eſſe ex grauibus morbis ſi qua culpa cōmiſſa eſt.

* καθεστηκυῖαι δίαιται.

In tenui victu peccant ægri, &c.

Ægrotus in victu tenui peccat ferè:
Quo fit, magis vt lædatur. Omnis ſcilicet
Offenſio periculoſa in hoc magis,
Erratum & omne grauius accidere ſolet,
Quàm paullo in vberiore nec tenui nimis.
Propterea & exquiſita tenuiſque admodū
*Præſcripta, nimis & certa, diligens, * ſtata,*
Victus ratio, ipſis tuta ſanis eſt parum,
Peccata grauius quòd ferant. Quare tenues
Omnino & exactæ diætæ, maxima
Ex parte plus damni & periculi ferunt
Quàm plenior illa paullo & indulgentior.

Aliter.

In tenui victu per acuti tempora morbi
Si conſtitutus æger eſt:
Ne peccet, moneo: graue peccatū, grauis error,
Grauiſque peccati comes
Noxa, quòd exhauſtæ non vno nomine vires
Perquam moleſtè illud ferant.

ὀλίγον ἁδρότεραι δίαιται,

At non in paullo vberiore minus tenuique
Par ratio delicti, paria

Detri-

Detrimenta. Etenim quanto minus his resoluta id est, victus opposit⁹ exquisite tẽui.
Vires, minusque inedia
Fractæ conciderunt, tanto felicius illis
Offensiones sustinent,
Durando superãtq; incommoda. Sed neq; sanis
Ille admodum subtilis &
Limatus victus, velutique exactus ad vnguem,
Sat tutus est & commodus, (rosè
Quòd simul offendere aliquid, minus hoc gene-
Minusque prosperè ferant.

Aliter.

In tenui victu vires minuente, quod ægri
Peccant, eo grauius solent
Offendi, quam si minus accurata diæta
Paulloque sit benignior.
Aut nõ ingrediunda via hæc, aut cùm semel illã
Ingressus es, seruanda erit.
In sanis adeò coniecturam licet huius
Rei capias, quòd his quoque
Pertenuis nimium ratio illa accisaque victus,
Et lubrica, malè & tuta sit: (tem,
Contigerit quòd in hac si quid delinquere stan-
Difficilius multò id ferat.

Aliter.

Si quid in victu tenui peccarit æger, ex eo
Grauius incurrit malum, inque ipsum redun-
dat tetrior
Noxa quã si plenior paullo ille & indulgentior

Constitutus fuerit. impunè neq; n. errorē ferent
Si quis est cōmissus accurato in illo & pertenui.
Nam nec ipsi qui valēt, securi in hoc degūt satis,
Difficulter quòd ferant lapsus & agrè corrigāt.

APHOR. VI.

Extremis morbis extrema, &c.

Extrēi morbi. id est maximi.

Extrema remedia optima extremis malis.
[Cicero: Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant, grauioribus autē morbis, periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.]

Aliter.

ἔσχατα νουσήματα. ἔσχαται θεραπεῖαι.

Extrema exquisitè extremis rectè adhibentur
Remedia morbis. At doce
Qui sint extremi? vis quorū est maxima, velox
Motusque, & acer impetus.

VII.

Cùm morbus peracutus est, &c.

κάτοξυ νούσημα. * ἔσχατοι πόνοι, extrēi labores. i. maximi, & paroxysmi & symptomata.

Vbi morbus est peracutus, * *extremos habet*
Statim labores, & fatigat anxiis
Symptωmatum grauissimorum insultibus:
Vt sunt vigiliæ & syncope. his summus vigor
Non longè abest, summè tenuissimum iubens
Victum institui, qui pura nil nisi inedia est,
(Modò ferre potis hanc æger) aut melicrati
Sorbitio lenta, exiguus & ptisanæ cremor.

 Sin

Sin secus erit, nec tanta vis vrget mali,
Adhibere paullo pleniorem conuenit,
Tantumque ab extrema licet recedere
Victus tenuitate, adijcere & cibo, ipse quo
Leuiorque fuerit morbus & remissior,
Quantoque aberit summo a vigore longius.

ὑποκαταβαίνειν, subdescendere.

VIII.

Cùm morbus in suo vigore, &c.

Vigente morbo tenuis in summo gradu
Diæta rectè conuenit.
Non abstrahenda coctionem ad alteram
Natura, dum morbum coquit.

νόσημα ἀκμάζον.

IX.

Coniectari autem oportet, &c.

Sed facere coniecturam oportet, ipsene
Durare possit æger ad morbi statum,
In hac tenuis stando diætæ formula:
An deficiat prius, manusque det, vigor
Quàm se ille summus exerat, priusque quàm
Morbus hebetescat, fiat & remissior.

δύναμις νοσοῦντος.

ἀκμὴ νόσου.

X.

Quibus igitur statim, &c.

Quibus igitur confestim aderit summus vigor,
His victus imperandus est tenuis: quibus
Sed ille posterius, & ipso tempore
Vigoris, & paullo sub ipsum, demere

In omni morbo simpliciter intelligitur.
ἀκμὴ ἐς ὕστερον.

De victu oportet, antè sed benignius
Habere, ad ipsum possit vt morbi statum
Perstare, saluis & superesse viribus.

XI.

In accessionibus, &c.

Caue tamen ipsis in paroxysmis cibum
Des, abstinere tum iuuat vel maximè:
Quorumque morbi periodos statas habent,
ἀφαίρεσις. *Accessione deme in ipsa illis cibum.*

XII.

Accessiones verò & constitutiones, &c.

κατάστασις τοῦ νοσήματος. *Sui sed index morbus ipse & proditor,*
Qua constitutione sit, cuiusmodi
Accessiones habeat, obserues modò
Annique tempus, periodorum interque se
ἀνταποδόσιες si legitur, vertendum per *commutationes, vicissitudines*: sin ἀντεπιδόσιες per *accessionum inter se accretiones.* *Proportiones & vicissitudines,*
Quantum priori posterior accessio
Distet, per incrementa parua, magnaue,
Seu quottidie, seu tertio quoque incidat
Die, per interualla siue temporum
*Maiora. Sed & ex * postea apparentibus*
Indicia sumuntur, velut in pleuritide,
Vbi inter initia facilè sputum appareat:
(Namq; hæc nota morbi fida breuis est) sin mora
Adsit, aliquanto post & erumpat, licet
* ἐπιφαινόμενα. *Longum tibi persuadeas morbum fore.*
Quin alui & excrementa, sudores, lotium,

Morbos

Morbos vel ægrè iudicandos indicant,
Vel facilè, eosdemque & breues & non breues.

XIII.

Senes facillimè, &c.

Sicca senes non decrepiti ieiunia ferre
Facillimè omnium solent,
Constanti hinc ætate viri: sed vtrisque adolescēs
Ætas minus, minimè omnium
Sed pueri, in primisque alacres qui viuidiore προθυμότε-
Ingenio & acriore sunt. ρα τῶν παιδί-

Aliter. ων.

Inedia minus omnium aspera est seni:
Bene sustinent eandem adulti & iam viri
Ætate consistente. adolescentes magis
Offendit illa, maximè omnium pueros:
Et inter hos alacrior quorum est animus,
Viuidior ὁρμὴ, *& impetus propensior.*

XIIII.

Qui crescunt, &c.

Et viget & multus vernantibus æstuat annis τὸ ἔμφυτον
Qui regit innatus corpora nostra calor. θερμόν.
Sunt alimenta igitur teneræ præbenda iuuentæ
Plurima, ne absumat florida membra fames.
At senibus neq; multus inest, neque viuidus idē,
Quem decet haud multis pascere fomitibus.
Strangulat exiguū pastus quia plurimus ignē,
Ceu largè modico ligna reposta foco.

Propterea & febres minus hi patiuntur acutas,
Pigra quòd in gelido corpore regnet hyems.

XV.

Ventres hyeme & vere, &c.

Ver & hyems augent natiuũ ventribus ignem,
Atque torosa alta membra quiete rigant.
προσάρματα, id est alimenta. *Tu caue defraudes genium: licet esse benignè:*
Vbere pascenda est maxima flamma rogo.
Iudicio ætates, & obeso corpore athleta,
Quòd multus rapiat multa alimenta calor.

Aliter.

Natura calidissimi
Sunt ventres hyeme & verè, prolixior
Artus & sopor irrigat.
Quare his temporibus pasce benignius,
Atque indulge epulis: calor
Fomentum vberius postulat amplior.
Argumenta tibi dabunt
Ætates, nitido athletaque corpore.

XVI.

De victus qualitate. Victus humidus febricitantibus, &c.

Humida febricitanti ex vsu cuique diæta est:
Apta refrenandæ non magis vlla febri.
Nec pueris aliisque eadem non vtilis, vda
Qui consueuerunt viuere materia.

De modo vel discreta quantitate.

XVII.

Et quibus semel ne an bis, &c.

Et

Et quoties dãdum, ſemel an bis, terue quaterue, ἅπαξ, δίς.
Spectandum, an crebra pluſue minuſue vice. πλείω
Dandũ aliquid ſed & horæ: conſuetudo nec ipſa ἐλάσσω
Nec regio aut ætas prætereunda venit. ἀθρόως
Cuncta hæc prudentẽ medicũ cognoſcere refert. κατὰ μέρος
Neglectis quoniam non leuis error ineſt.

XVIII.

Æſtate & autumno cibos difficillimè ferunt, &c.

Pomifer autumnus fert ægrè, torridaq; æſtas:
Aſpera hyems placidè, verque ſalubre cibos.

Aliter.

Difficillimè ferunt æſtate & autumno cibi
Copiam, facillimè hyeme, vere florido minus.

XIX.

Quibus per ſtatos circuitus, &c.

Statas ſecundum periodos acceſſio
Quibus moleſta eſt, nihil oportet his dare,
Nec cogere vt aſſumant cibum, ſed proſtheſes ἀφαίρεσις
Minuere, luctans antequam ingruat criſis,
Summus vigorue aut ipſa morbi acceſſio.

XX.

Quæ iudicantur, &c.

Quæ iudicantur, iudicata & integrè
Sunt, ne mouere inſtitue, neu purgantibus τελεία κρίσις
Noua medicinis, neue alio irrites modo.

XXI.

Quæ educere oportet, &c.

ἄγειν. *Ducenda duc quò maximè illa videris*
Repere, locis viisque conferentibus.
Ars namque naturæ ministra principis.

Aliter.

Quò maximè vergunt, locis educere
Succos oportet conferentibus malos.

XXII.

Concocta maturaque, &c.

Concocta medicare, haud moue quæ cruda sũt,
τὰ πέπονα, id est cocta & subacta a natura. τὰ ὀργῶντα, turgentia. *Ac ne quidem per initia, nisi turgeant,*
Suopte & huc illuc ferantur impetu.
Sed rarum hoc, idcirco abstinere satius est.

Aliter.

Concocta maturaque mouere, & pharmaco
Tentare, non cruda, artis est, ac ne quidem
Per initia, nisi turgeant: perrarum id est.

XXIII.

Quæ vacuantur, &c.

τὰ χωρέοντα, prodeuntia. *Seu spante naturæ, artis opera seu fluat*
Aluus, caue ipsa metiare copia
Ea quæ vacuantur atque multitudine:
εὐφορία, bona tolerantia. *Sed si facilè ferant, malusque fluxerit,*
Quémque euacuari oporteat, humor. sic enim,
Cùm cætera sese rectè habebunt, lassa tum
Succigemens inutilis sub pondere,

Recre-

Recreabitur, languore depulso graui,
Rectrix facultas vniuersi corporis.

Aliter.

Non quia multa frequensque egestio, sed quia prauus
Humor abit, bene fertq; æger, sentitq; leuamen,
(Nil numerũq; vicesq; moror) perhibebitur õnis
Rite mihi purgatio facta, licebit & ipsa
Donec labatur virtus, operatio duret,
Si tamen hoc perferre queat generosior illa.

XXIIII.

In acutis morbis,&c.

Morbis in acutis rarò etiam inter initia
Purgante medicina vtere, idque examine φαρμακίῃ.
Probo meditatus, ne malum malo augeas.

XXV.

Si qualia oportet,&c. Epid.6.cõ.

Purges quæ purgari opus est. ita conferet ægris, 4. Aph. 8. inf. Aph.3.
Ferentque facilè: at permolestè, si secus. 4. φέρειν εὐφόρως, δυσχερῶς.

FINIS LIBRI I.

PARAPHRASEOS APHORISM. HIPPOCR. Poeticæ liber ſecundus.

De ſignis quibus ſalutẽ aut mortem, bonũ aut malum prædicere poſſimus.

APHORISMVS I.

Quo in morbo ſomnus, &c.

Si iuuat, affecto bonus eſt in corpore ſomnus,
Et mortis aſpellit metum:
*Sin * labor excipiat, lethale eſt: credite Coo*
Non vana ſcribenti ſeni.

* πόνος i. βλάβη, læſio.

APHOR. II.

Vbi ſomnus delirationem, &c.

παραφροσύνη.

Quid quòd & ille bonus, vaga qui deliria ſedat,
Et ſapere integra qui bene mente facit?

III.

Somnus & vigilia, &c.

κακὸν malũ tam ratiõe ſigni quàm cauſſæ.

Et dormire bonũ, & vigilare: ſed vtraq;, quãuis
Optima, ſi fuerint immoderata, nocent.

IIII.

Non ſatietas, non fames, &c.

πλησμονὴ, ſatietas ciborum. λιμὸς fames

Sic neque repleri neque ieiunare iuuabit,
Natura ſi non temperet illa modus.

V.

Spontaneæ laſſitudines, &c.

κόπος

Sponte ſua veniens non irritata labore,
Morbi affuturi laſſitudo nuncia eſt.

VI.

Qui aliqua parte corporis dolent,&c.

Qui quacunque dolet, non ſentit parte dolorem, πόνος i. ὀδύνη
*Huic mens ægrotat, *iudiciumque labat.* * γνώμη

VII.

Quæ longo tempore extenuata, &c. De conualeſcentibus a morbo.

Vt quibus in gracili tenues ſunt corpore vires,
Quòd morbo affecti decubuere diu:
Hos refici lentè dapibus potuque neceſſe eſt, ἐπανάστρεψις, inſtauratio habitus per alimentum.
Longo inſtauratur tempore fluxa caro:
*Sic cuicunq; breui *extenuatũ eſt tẽpore, pauco*
Et refici aridulum tempore corpus amat. *λέπτωσις

VIII.

Si a morbo cibum aſſumens, &c.

Poſtquam conualui, feſſas neque robore vires ἰσχὺς nulla τροφὴ
Augeri ſenſi, quamuis bene & vbere paſtus
Membra cibo, Coi ſententia vera magiſtri
Cor tetigit: Si cui pulſo languore febrili,
Siue alio, vſque adeò ſtomachi blãditur orexis
Vt non vlla cibi obrepant faſtidia, edatque
Quod ſatis eſt, nulla tamẽ hinc ratione labantẽ
Firmari tonon, aut fractas augeſcere vires
Deprændit: nimio ſeſe hunc diſtendere paſtu
Indicio eſt, vacui deſiderium bene forte
Dum placare ſtudet ventris, languẽte etiãnum
Cuius opus Cererem ſuperare coquẽdo benignã
Virtute, inque boni formam conuertere ſucci.

Sin

Sin modicè cœnans, solido sese abstinet omni,
Et nimiùm replente cibo, desyderiumque
Ingens illud abest, lassis neque sic tamen vllum
Artubus accedit robur, purgantibus vti
Nulla vetat ratio, quòd prauis corpus onustum
Succis caussā habeat quur nō vt oportet, alatur.

Aliter.

Si cui decessit languor grauis, & neque sumto
Robur ali pastu, confirmarique labantem
Corporis haud vlla sentit ratione tenorem:
Huic oneri cibus est, & abundans copia fraudi.
Sin neq; quod satis est præsumit, & appetit ægrè,
Aut liquidis solidam contentus respuit escam,
Nec tamē huic vegetæ redeunt in corpora vires:
Quid nisi iners prauusque in caussa est succus, inerrans
Venis, præsidii purgantis egens medicinæ?

IX.

Corpora quacunque quis, &c.

καθαρσις. *Corpora qui quacunque volet purgare, meatus*
Obstructos reseret. succos crassosque tenacesque
Incidat, detergeat, & contemperet acres,
Molliat arta porωn, vasorum oscillaque laxet.
Sic fluidum faciet, quod Graiis dicitur εὔρουν.

X.

Impura corpora, &c.

τροφὴ *Impura quanto corpora*

Plus

Plus nutries, tanto magis βλάβη
Lædes: bonus contagio
Humor mali corrumpitur.
Syncera ni sit testula,
Acescet infusus liquor.

XI.

Facilius est potu, &c.

Recreari conualescens celeriter si postulat,
Humidis alatur & liquentibus, iuxta hoc senis,
Ῥᾶον δεῖ τῷ ποτῷ πληροῦσθαι ἢ ξηρᾷ τροφῇ.

XII.

Quæ a morbis post crisin, &c.

Quæ restiterunt post crisin morbi, velut 6. Epid. 2.
Fomes, reliquiæ hypostrophas ferè creant. sect. paragr. 23.

Aliter. ὑποστροφὴ id est recidiua.

A crisi in morbis relicta, facere hypostrophas amant:
Morbus ex morbi prioris fomite nouus emicat.

XIII.

Quibus crisis fit, &c.

Nox grauis ante crisin uenienti luce futuram: 6. Epid. cō.
Quæ crisin insequitur leuior plerūq; peractā est. 2. parag. 26.

XIIII.

In fluxionibus alui, &c.

Cùm liquida & formis distantia mollior aluus κρίσις διὰ τῆς κρίσεως.
Fuderit, illa quidem prosunt, mutatio fiat

Inde

Inde nisi ad praua, vt maleolētia, pinguia, rubra,
Perliquida, ſpumantia, pallida, liuida, nigra,
Pauca nimis, nimis alba, & viſcida glutini
inſtar.

XV.

Vbi fauces dolent, &c.

Fauces vbi morbo dolent,
κρίσις διὰ ἀ- *Scatetue corpus puſtulis*
ποστάσεως, *Rupta cute emergentibus:*
per abſceſſū. *Excreta contemplabere,*
τὰς ἐκκρίσεις. *Alui fluentis ſordidas*
Egeſtiones, turgidæ
Veſicæ onus, mordax ſerum,
Fuſaſque per tenuem cutis
Poroſæ amictum, lucidas
Salſi liquoris guttulas.
Similia ſi ſanorum erunt,
Corpus valere exiſtima
Rectè vniuerſum, pharmaci
Purgantis haudquaquam indigens,
Illudque tutò poſſe ali.
Nam ſi qua inertis copia
Succi fuit, quæ principes
Affligeret partes, eam
Suopte natura impetu
Depoſuit affecta in loca.
Amara ſin bilis ſui
Contagio hæc perunxerit:
Et corpus vnà ægrotat, &

Purum antè fieri postulat
Quàm nutriendi commoda
Nobis facultas suppetat.

XVI.

Vbi fames, &c.

Nō bene conueniūt, simul esse nec vtraq; possunt, in sanis
Importuna fames & labor immodicus.

Aliter.

Labor cibum antecedat: vrget cùm fames, πόνος, i. γυμνάσιον, exercitium.
Exercitium (qui motus est vehemens) fuge.

Aliter.

Squalet inedia cui
Corpus, exhaustisq; fames regnat anhela mēbris: in ægris
Huic nihil imperandum
Fortis est exercitii, turgida vena ferri
Non acie petenda,
Pharmaciq; vsum prohibe. Præstat enim quiete
Languidulas fouere
Et cibo vires, valido frangere quàm labore.

XVII.

Vbi cibus præter naturam, &c.

Seu plus cibi ingestum fuerit quàm corporis
Natura possit vincere,
Seu qualitate inconueniens benigniùs
Voretur, olus vt frigidum:
Morbos fieri necesse plenitudinis
Ostendit id curatio.

XVIII

XVIII.

Eorum quæ vniuersim, &c.

Quæ nutrimenta ad reficiendũ sint aptiora.

Quæ nutriunt velociter
Et vniuersim, eorum item
Excretiones sunt citæ,
Celeresque διαχωρήσιες.

XIX.

Acutorum morborum, &c.

Morbis acutis seu salutis seu necis
Prædictionum, haud solida in omnibus fides.

προδιαγόρευσις prædictio.

XX.

Quibus iuuenibus, &c.

κοιλίαι ὑγραὶ

κοιλ. ξηραὶ

Quibus iuuenibus fluxit aluus, his ferè
Cum iam senescunt contrahi solet: quibus
Adstricta in adolescentia eadem sed fuit,
His molliorque humentiorque euadere
Consueuit, albis cùm senecta sparserit
Caput pruinis, & calor se fregerit.

XXI.

Famem vini potio, &c.

θώρηξις

μηρικὴ θεραπεία

Larga famem sedat generosi potio vini
Merique, quæ canina medicis dicitur,
Nec minus & quãcunq; aliam: Baccheia dona
In sanguen abeunt facile, confertimque alũt.

Et hic aphorismus analepticus est, & exemplum prioris vndecimi.

XXII.

Quicunque morbi, &c.

τὴν πλησμονὴν κένωσις,
ἡ πλησμονὴ κένωσιν
ἰῆτ᾽. ἐναντίον γὰρ
τῇ πλησμονῇ κένωσις,
ἡ πλησμονὴ κενώσει.

Quoscunque morbos satietas parit, fames
Hos sanat: & contra, quibus repletio
Opem tulit, horum occasio inanitio fuit.
Contrariis medentur enim contraria. ὑπεναντίωσις.

XXIII.

Acuti morbi, &c.

Morborum acutorum crisis
Bis septimum haut ferè diem
Transcendit: humor feruidus
Tenuisque naturam excitat,
Moramque suadet rumpere.

XXIIII.

Septenorum quartus, &c.

Septimi index quart⁹: octau⁹ sed alterã inchoat ἡμέραι
Septimanã. Vndecim⁹ & spectabilis: secundæ. n. κρίσιμοι
Septimanæ quartus is. rursũq; decimus septim⁹: ἐπίδηλοι
Namque quartus à decimoquarto, vndecimo-
que septimus
Ille. sic per tetradas scandendo criticos collige.

XXV.

Æstiuæ quartanæ, &c.

οἱ τεταρταῖοι *Et lõga & breuis est quartana: æstiua breuis, sed*
Longa autumnalis, longissima quæque sub ipsã
Inuadens hyemem. nam lento macerat igne
Corpus, & acquirit pedetentim robur eundo.

XXVI.

Febrem conuulsioni, &c.

Accedere multo satius est spasmo febrem
6. Epid. 6. par. paragr. vltimo. *Conuulsionem quàm febri.*

XXVII.

Non si quid in morbis s. acutis, &c.

Non si alleuari in morbo acuto videris
τὰ κουφίζοντα παραλόγως. *Ægrum, nec vlla ratio quur fiat, subest,*
Fidere medentem, vt nec metu pallescere
Oportet, vbi quid acciderit graue & malum
Præter rationem: quippe quæ fugacia,
Instabilia, incertaque diu persistere,
Durare non diu soleant. Quicunque enim
Vehmens prӕhẽdit morbus hominem, is mitior
Si derepente fiat atque placidior,
Nullis etiamdum in corpore apparentibus
Quæ coctionis signa perhibentur, neque
Expulsione vlla vomitu aut sudoribus
Facta, nec alui egestionum copia,
Largaue calidi eruptione sanguinis:
Malèfida certè hæc facilitas, tuta & parum
ῥαςώνη *& alleuatio. Quid mirum igitur,*
Si illuc recidant, vnde temere progressa sunt,

Vide-

Videlicet rursum in deterius a bono?

XXVIII.

Febricitantium non omnino leuiter, &c.

Cui febribus non vsquequaque molliter — ἐπιπολαίως, leuiter.
Corpus perustum, idē vsque & vsq; permanet,
Nihilque minuitur, malum: malum quoque
Si colliquatur quàm ferat ratio magis. — συντήξις, colliquatio.
Diuturnitatem morbi enim illud indicat,
Vt virium imbecillitatis hoc nota est.

XXIX.

Incipientibus morbis, &c.

Moue, mouendum si quid, inchoantibus — κίνησις.
Morbis, videtur: cùm vigent, quietem habe. — ἡσυχίη.

XXX.

Circa initia & finem, &c.

Circa initia subque finem nam remissiora sunt — ἀρχαί
Omnia, in vigore multo fortiora, vt improbæ — ἀκμαί.
Vigiliæ, sitis, dolor, fastidium cibi, febres.

XXXI.

Si a morbo bellè comedenti, &c. — Aphorism. ἀναληπτικός

Morbo abeunte conualescens æger & cibū bene — εὐσιτα cùm bellè comedit.
Appetens, fungensque eodem liberaliter, nihil
Inde cùm proficere corpus senserit, roburq; ali
Virium, amissum nec instaurari habitum & — ἐπίδοσις οὐδεμία, nihil proficere.
carnes, malum.
Ipsa.n. vel languet altrix vis, vel humorū subest

Prauitas hæc pharmaciã, præsidiũ illa roborãs
Indicat. sententia eadẽ octaua & huius est libri.

Analeptic⁹.

XXXII.

Omnes ferè qui malè se habent, &c.

Vsu & hoc venire plerisq; malè habentib⁹ solet,
Vt secũdũ initia abunde cùm ciborũ carpserint,
Nil tamẽ profecerint, finẽ sub ipsum, inertibus
Scilicet scatente succis corpore, illos respuant:
Ast initio quotquot vsi forti inedia, cibo
Se abstinuere, postea hunc & appetant felicius,
Concoquãtq;, ũnisq; languor facilè eosdẽ deserat

εὐσιτία
ἀσιτία, cibi fastidium.

XXXIII.

In quouis morbo, &c.

Cùm ratio valet, & mẽs cõstat, ad omnia in õni
**Oblata morbo æger q; bene se habet, bonum:*
Siue cibi seu pharmaca sint. cõtrà malũ vbi æger
Nec mente constat, ad illa nec se rectè habet.

διάνοια, ratio, vis animalis.
*προσφοραὶ oblata, i. cibi & medicamenta.

XXXIIII.

In morbis minus periclitantur, &c.

Naturæ, ætati, qui consuetudini, & anni*
*Consentaneus est horæ, *minus ille pericli*
Affert, quàm cuiuis si dissentaneus horum,
Nullique affinis morbus tentauerit ægrum.

τῆς ἕξιος in Græco, habitus, ut Gaza vertit.
*ἀκινδυνέη.

Aliter.

Tutius in morbis degunt, quicunque laborant
Tali aliquo morbo, quali respondeat ætas,

Et

Et natura ægri: ſed cui neque diſcrepet anni
Labentis tacitè ſua per veſtigia tempus,
Nec regio & cælum, variiſque obnoxius aer
Halituum riuis terraque vndaque profectis.

XXXV.

In quouis morbo, &c.

Circa vmbilicum imumque ventrem partibus ἦτρον.
Et plenioribus eſſe in omni conuenit τὸ πάχος.
Morbo, minimumque tabe conſumtis. Malum
Nam macritudo nimia & extenuatio
Cùm cætera, tum ad purgationes inferas.

Aliter.

In quolibet morbo vmbilici partibus
Et ſumini ſua craſſitudo rectè ineſt:
Altricis animæ vigor in hoc cognoſcitur.
At praua macies, nimia tabeſque eſt mala.
Purgationes eadem ad infernas quoque
Inepta, nec ſat tuta, perque incommoda eſt.

XXXVI.

Qui ſanitate corporis fruuntur, &c.

Conſtantes medicina ſalubri in corpore vires
Purgando diſſoluit citò: ἔκλυσις α
Nec non offendit validè quæ corpora prauis pharmacia.
Referta ſunt humoribus.
Vnde animi obrepũt faſtidia, & anxius angor,
Formiduloſa & ſyncope.

XXXVII.

Qui integra sunt corporis valetud. &c.

Haud impunè ferũt purgantia pharmaca sani:
Sternuntur horum viribus.

Aliter.

Quîs valetudo integra; omnis culpæ & exors
sanitas,
Pharmaciã permolestè, ægreq; & indignè ferũt.

Aphor. διαιτητικός.

XXXVIII.

Paulo peior potus ac cibus, &c.

πόμα· σιτίον ἥδιον.

Potus cibusque deterior parum licet,
Modò suauior salubriori, sed tamen
Suaui minus ingratoque, præferri solet.

Aliter.

Paullo deterior cibus idem & suauior ægro,
Præfertur quamuis meliori insuaui & eidem.

Aliter.

In 6. Epidẽ. comm. 4. aph. 8.

Deteriora parum, modò sint iucunda palato,
Indulgere licet potumque cibumque, salubri
Et præferre alii. prudens inflectere cursum
Nõ dubitat Medicus, ratio quẽ callida mõstrat,
Si res atque vsus stomacho si postulat ægri.
Quicquid. n. insuaue est ægro, quãuis bonitate
Præstet, id inuita amplexatur ventriculi vis.
Xenoph. τὸ δὲ ὅσα ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε. scilicet Socrates.

XXXIX.

Senes

Senes iuuenibus magnam partem, &c.

Vt minus ægrotent quorum est effœta senectus,
Quàm iuuenes mẽbris validis specieq; decora:
Si qua tamen labes diuturna inuaserit ipsos,
Deserit haud vnquam, viuitq; vna moriturq;. νόσημα συναποθνῄσκει.

Aliter.

Magnam senex partem iuuene ægrotat minus.
Quòd si diuturnus morbus hunc afflixerit,
Durare vitæ ad vsque terminum solet.

XL.

Raucedines & grauedines, &c.

*Raucedines * grauedinesque quæ senum* βράγχοι. * κόρυζαι.
Infirma vexant corpora τῶν πρεσβυτῶν.
Valde senum, nec coctionem admittere,
Nec cruda maturari amant.

Aliter.

Cruda ferè in senibus vincique ignara coquẽdo,
Seu fluat ad nares pituita grauedinis auctor,
Seu leuem scabra vexet prurigine cannam.
[Lucretius: *Præterradit enim vox fauces sæpe, facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor.*]

XLI.

Qui frequenter & fortiter, &c.

Quicunque manifesta absque caussa sæpius
Delinquit animo, & fortiter: ἔκλυσις, animo linqui.
Is derepente moritur. imbecille enim
Vitale robur possidet.

Aliter.

Mors repentina imminet, quem ſana deliquia animi (ſa ſine
Perq; acuta & crebra tentãt, & quidem cauſ-
Quæ manifeſta nota certa. Vita.n. ſic principis
Cordis imbecillitatem triſte ſymptoma indicat.

XLII.

Soluere apoplexian, &c.

Fortẽ impoſſibile eſt ſoluere curãdo apoplexiã,
λύσις, ſolutio. *Perquam difficile eſt ſoluere debilem.*

XLIII.

Qui ſuffocantur aut ſtrangulantur, &c.

ἀπαγχόμενοι. *Qui ſtrangulati mortis ingredi parant*
Iter, neque nulla lucis vſura tamen
Adhuc fruuntur, haut potis ſeruarier,
ἀφρός. *Quibus alba circum ſpuma labrum candicat.*

XLIIII.

Qui natura valde ſunt craſſi, &c.

Forma cita gracilis minus eſt obnoxia morti:
* ταχυθάνατοι, id eſt, breuis vitæ. *Sin ſit craſſa, ſuis velocius interit annis.*

XLV.

Epilepſia laborantes, &c.

liberatio. *Epilepticis, ſi ſint iuuenes, apallage*
Speranda, vbi ætas, ratio victus, & loca
Mutationem fecerint, iungentibus
Operas calido ſiccoque qualitatibus,
In concoquendo humore craſſo & frigido.

XLVI.

XLVI.

Duobus doloribus, &c.

duobus non eundem simul habentibus locũ, πόνος, ἡ ὀ-
lterius sensũ retundit, qui dolor vehemẽtior. δύνη, dolor.

Aliter.

m gemini infestant loca sed diuersa dolores Arist. de sen.
Vno atque eodem tempore, s. & sensibil.
ingit & obscurat minus acrem sæuior alter, Maior mo-
Vehementior fortem minus. tus obscurat minorem.

XLVII.

Dum pus fit, &c.

pus conficitur, dolor & febris acriũs vrgẽt πόνος, id est, dolor.
àm iam confecto: feruẽtibus vtraque succis
arte affecta fiunt: quæ tensa dolorem
lammata bibit, sequitur quẽ torrida febris,
nec vt vrẽdo in cineres ligna, improb⁹ humor
in pus abeat, leuius symptωmaque reddat.

XLVIII.

Quoquomodo corpus moueatur, &c.

orporis motu omni vbi excepit dolor πόνος, id est
borue, lassitudinem aufert mox quies. ὁ κάματος, ὁ κόπος, lassitudo.

Aliter.

gem motus affert corpori quiuis, statim
uit dolorem & lassitudinem quies.

XLIX.

Consueti solitos labores ferre, &c.

Qui

ἰγμενὸν παράγγελμα consuetudinis. *πόνος, i. γυμνάσιον, exercitium.

*Qui consueuerunt solitos perferre * labores,*
Inualidique senesque licet, generosius illos
Fortibus & viridis vegeto pollentibus aui
Robore, at insuetis iisdem subeuntque feruntq.
Ouidius: *Nihil assuetudine maius.*

L.

Consueta longo tempore, &c.

τὰ συνήθη τὰ ἀσυνήθη

Quamuis deteriora, tamen si tempore longo
Sunt cōsueta, minus sunt lædere nata, minusque
Insuetis offendere, seu sint potus & esca,
Balnea & illuuies, somnus, vigilantia, deses
Vita, exercitium, frigusque calorque, & acuta
Cura, liber & his animus fugiensque laborum.
Ergo sapit, tentanda sibi qui cuncta putarit,
Et modò ad insueta a consuetis transit, & audet
Assa modò elixis, frixis mutare salita,
Nunc Cereris cocta, nūc Bacchi ducere succos,
Nunc cursu cāpos transmittere, gramineo nūc
Fessū mēbra thoro, frigente leuare & in vmbra.

LI.

Plurimùm atque repentè, &c.

τὸ κτ̄ πολύ. τὸ κατ᾽ ὀλίγον, paulatim.

Tuta neutiquā via est semel repētè & plurimū
Vel vacuare, vel replere, vel calorem inducere,
Vel refrigerare corp⁹, aut alio quouis modo (ue
Affatim mouere subitoq. Omne.n. nimiū, gra-
Principi naturæ & inimicū. Vnde paullatim
decet, (cæteris,
Fiat id quod est necesse. tutum enim hoc cùm in
Tū in aliis cū transeundū ab altero est in alterū.

LII.

LII.

Omnia secundum rationem,&c.

Omnia agenti pro ratione, vbi pro ratione*
Nil succedit & auxilii spes lenta moratur,
Proposito caue desistas, neu rūpe medendi
Quod moliris iter, tētādo modò hoc, modò & il-(lud,
Dū quod principio visum est, immobile perstat.

> ποίησις ἡ κατὰ λόγον, facere secundū rationem.
> *ἔκβασις μὴ κατὰ λόγον, cùm nō succedit secundum rationem.

LIII.

Quicunque aluos humidas habent,&c.

Cui iuueni fusa est aluus, felicius illo
Degit cui sicca est eadēq; adstricta. sub ipsam
Namq; resiccari solet hæc plerunque senectam.

Aliter.

Formosa facili defungitur ille senecta
Cui fusa & humida aluus est:
Difficili, cui sicca adstrictaq; non ita postquam
Senectæ vterque in limine
Constiterint tremulæ. namque hic felicius illo
Mutarit, adstringi ferè
Quòd soleant alui cygnëis mollia plumis
Cùm vestit ætas tempora.

LIIII.

Magnitudo corporis iuuent.&c.

Magnitudo corporis
Et liberalis & decens iuuentæ est,
Sed senectæ inutilis,
Peiorque paruitate non inepta.

> ἐνηβᾶσαι traducere iuuentutem.
> ἐγγηρᾶσαι, traducere senectutem.

FINIS LIBRI II.

ANDREÆ ELLINGERI APHORISM. HIPpocratis Paraphraseos Poeticæ liber tertius.

Argumentum libri III.

Quæ tempora anni, quæ tempestatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora maximè tuta vel periculis opportuna sint, quod genus aduersæ valetudinis in quoque timeri maximè possit, in hoc libro exponit Hippocrates.

Mutationes anni temporum.

APHORISMVS I.

Labentis anni quattuor sunt tempora:
Quorum secundum cuique naturam sua
Crasis suumque temperamentum: nihil
Hac constitutione erit salubrius.
At temporum mutationes maximè
Morbos pariunt, mutatio horæ & vnius,
Si magna sit, seu frigus vrat seu calor
Intensior, siue humor exundet nimis,
Seu squalor vdum auarus omne absorbeat.

μεταβολαὶ τῶν ὡρέων: Arist. 1. sect. Problem.

APHOR. II.

Naturarum aliæ quidem, &c.

αἱ φύσιες, i. κράσιες.

Omnibus haud omnes naturæ partibus anni
Pariter bene aut se habent malè.
Namque aliæ puris simul æthera solibus album
Æstas reclusit torrida:

Contra

Cōtrà aliæ hybernis cùm mēsibus intonat annus,
Aut rectè habent sese aut malè.
Sunt qui spirantes tolerant felicius Euros,
Serena sunt tranquillitas
Quos iuuat & cæli pax. hæ squaloribus anni.
Illæ imbribus gaudent magis.

III.

Morborum alii ad alia, &c.

Quid quòd morbi etiam bene vel male tempora ad anni ὧραι, id est, anni tēpora.
Modò hæc modò illa sese habent,
Ætatesque simul. neque solùm tēpora ad anni,
Diuersa, sed etiam ad loca,
Et victus genera, aut bene habent sese, aut malè constat,
Ratione & experientia.

IIII.

In temporibus, &c.

Quocunque tempore anni, eodem nunc calor κράσεις ἀνώμαλοι τ῀ ὡρέων.
Nunc frigus existit die,
Qualia sub Autumnum solent grassarier,
Nosemata exspectes licet.

V.

Austri auditum, &c.

Austri auditū hebetant, oculos caligine opacāt, κατάστασις νοτίη, status cœli Austrinus.
Conciliant capiti grauitatem humore tepente,
Corpora dissoluunt, reddunt pigrioraque, segnes
Effici-

Efficiuntq; animos. Ergo dominãtibus Austris,
Accidere in morbis tales prædiscere fas est
Affectus, necubi adscribas malè prouidus ipsi
Quod cœli vitio gaudet contingere, morbo.
κατάστασις βορείη. *Contrà vbi Threïciis horrẽt Aquilonib⁹ auræ,*
Tussis anhela quatit pectus, ferit aspera fauces
Scabrities, alui duræ & creberrimus vrget
Thoracis laterũq; dolor, tremebund⁹ & horror,
Vesicæq; labor, lotium dum funditur ægrè.
Hæc Borea regnante, in morbis, nulla etiamsi
Caussa interna subest, fas expectare medentem.

VI.

Quando æstas, &c.

Si æstas σύμμετρος τῇ κράσει. *Blando cùm similis veri fit degener æstas,*
Copia sudorum exspectanda in febribus. æstas
Nãq; foras trahit, exũdat qui plurimus humor
Vere tepente: attractũ eadem siccando resoluit,
Nec salsas patitur glomerari in corpore guttas,
Arida si fuerit cãdensque serenaque multum.
Contrà debilibus cùm marcet languida flãmis,
Qđ trahit, haud potis est cõsumere, disq; sipare.
Ergo abit in tenuem vapor idrota, ipsaque largè
Spiramenta cutis subeunte hoc rore madescũt.

VII.

Magnis siccitatibus, &c.

ἐν αὐχμοῖσι, per squalores, Gaza. *Febres acutæ in siccitatibus fiunt*
Squaloribusque. plurimumque, si talis
Sit annus, exspectare conuenit tales

Morbos

Morbos, & ipsa constitutio qualis
Fuerit: caloris quippe siccitas lima est.

VIII.

In legitimis temporibus, &c.

Tempora cùm constant sibi cõueniẽter euntq́; χαιροὶ καθεςῶτες, tempora suam tẽpestiuitatẽ seruantia.
Tempestiuaque tempestiuè si reddantur,
** Constantes fiunt, & legitimi facilisque*
*Iudicii morbi. Sed in * inconstantibus horis*
Et morbi fiunt inconstantesque malique
Iudicii, qui vel perimunt citò, vel recidiuas
Gignunt sopito flammam ex cinere atq́; fauilla.

* νοῦσοι εὐσταθέες, certi & tempestiui morbi.

* χαιροὶ ἀκατάστατοι.

IX.

Autumno in vniuersum, &c.

Letifer Autumnus periniquè indicat ægros,
Morbosque acutos maximè
Gignit, & exitium præsens pallentibus ægris
Diro minantes verbere:
At ver longè aliis præstat reuolubilis anni
Salubritate partibus,
Et minus exitiosum, & blandis solibus ægra
Fouet benignè corpora.

X.

Autumnus tabidis malus, &c.

Tabescentibus Autumnus malus. arida nãque φθίνοντες, quomodocunque συντηκόμενοι.
Siccando perdit corpora.

6. Epid. par. 7. Autumnus tabidos ἐλέγχει.

XI.

Inter anni partes, &c.

κατάστασις 1.

At

At temporum sic se ratio ad morbos habet.
αὐχμηρός. *Si squallida & Aquilonia extiterit hyems,*
Ver pluuium & Austrinum: necesse est torrida
Æstate febres fieri acutas, phlegmone
Tentari ocellos, radi & intestina, dum
Decurrit acris fluxio, idque fœminis
Et humido qui temperamento viris.

XII.

κατάστασις Si verò hyems australis, &c.

II. *Si verò hyems austrina, pluuiosa & tepens,*
περιτροπὴ **Tranquilla, serena, mollis ac clementior,*
contraria *Ver siccum & Aquilone horrido perflabile:*
priori. *Abortiunt occasione ex qualibet*
Ferè mulieres, partus ad vernum quibus
Tempus properant: vel imbecillẽ & morbidum,
Enixa si qua est, edere infantem solet.
Quare vel exstinguuntur & pereunt statim,
Vitam vel affecta vsque valetudine trahunt.
At cæteris dysenteriæ, & ophthalmiæ
Et aridæ hæ fiunt: sed & senioribus
Defluxiones quæ perimunt citissimè.

*εὔδιος, tranquilla, cùm nulli sunt venti: quam dictionẽ vsurpat Hippo. εὐδίαιος, mansueta, mitis: εὐδῖος, (vt Manardus legit) humida, vel tepens, clemẽs madore, blanda & grata, quasi εὖ διεύων: εὔδινος, id est procellosa.

XIII.

κατάστασις Si verò æstas sicca, &c.

III.

Si squal-

Si squallida æstas & Aquilonia fuerit,
Autumnus Australisque pluuiosusque: hyeme
Capitis dolores, improbæ raucedines,
Grauedines, tusses & existent malæ,
Et purulentæ non etiam nullis phthises.

XIIII.

Aquilonio verò & sicco Autumno, &c. κατάστασις

Sin vtraque hora æstas & autumnus grauis, IIII.
Et siccitate & frigore superantibus,
Exors aquarum, sicca squalensque fuerit, ξηρὸν,
Nec non Aquilonia, talis haud incommoda αὐχμηρὸν,
Catastasis, natura quorum est humida, ἄνυδρον, idē
Et fœminis. sed cæteros ophthalmiæ sunt.
Siccæ, febresque acutæ habebunt & chronicæ:
Sunt quos & atræ bilis incendet furor.

XV.

Ex tempestatibus, &c.

Ex constitutionibus quod dixerim
*In vniuersum, siccitates * imbribus* οἱ αὐχμοί.
Salubriores atque lethales minus. *τὰ ἐπόμ-
βρια.

XVI.

Morbi in pluuiarum multitudine, &c.

Morbi per imbres humida in catastasi, νοσήματα ἐν
Plerunque febres, & quidem longæ, fluor ἐπομβρίοις.
Alui, putredinesque fiunt, corporis
Totius & conuulsio illa epilepsia,

Motumque sensumque auferens apoplexia,
Ladensque guttur vi cynanche tortili.
ἐν αὐχμοῖσι. *At lippitudo tabida oculos destruens,*
Acrisque stillicidia lotii, arthritides,
Dysenteriaque in siccitatibus vigent.

XVII.

αἱ καθ' ἡμέρην καταστάσιες.

Cotidianæ constitutiones, &c.

Bona & mala ἐν καταστάσει βορείῳ.

Conditionum anni quæ cotidianæ, Aquilones
Corpora cōpingunt, bene firmo robore & augēt,
Torporemque adimunt, agilem per membra vigorem
Spargunt, & faciem meliori luce colorant,
Atque hebetes purgant tergendo leniter aures:
Sed teneros mordent oculos, aluumque resiccāt.

Mala ἐν καταστάσει νοτίῳ.

At simul incubuit madidis Notus imbrifer alis,
Corpora dissoluit, liquidoque humentia cœlo
Pigra facit, geminasq; obtundens irrigat aures,
ἴλιγξ, i. σκοτοδίνησις. *Et caput aggrauat, & tremula* vertigine gress⁹*
Vincit: & vndantes ægrè vt moueantur ocelli,
Corpus & ōne facit: liquidas humectat & aluos.

XVIII.

Quod ad anni tempora, &c.

Omnibus haud omnes ætates partibus anni
Se vel bene vel habent malè.
Vere etenim pueri primaque æstate valere,
Et degere optimè solent:

Mox

Mox adoleſcentes:ſenibus ſed amicior æſtas, τυπῶν ἐχόμενοι.
Nonnihil & Autumnus fauet.
At quorum media eſt ætas, hyeme hi reliquũq;
Rectè per Autumnum valent.

Aliter.

Non omnis omni tempore anni ætas malè
Vel bene ſe habet. Nã pueri, & his qui proximè
Ætate, vere, prima & æſtate optimè
Degunt, valentque maximè, & morbis carẽt:
Æſtate & Autumno ſenes aliquandiu:
Sed per reliquũ Autũni & hyemis tẽpus, quib.
Ætate media conſtitit ſummus vigor.

XIX.

Quilibet in quibuſuis temporibus, &c.

Temporibus anni omnes quidem morbi omnib⁹ νοσήματα τὰ κατὰ τὰς ὥρας.
Fiunt: ſed ipſorum magis
Quidam in quibuſdam fieri & ingenerarier
Et exacerbari ſolent.
Neque enim ambientis ſola conſtitutio
Eſt cauſſa morborum, ſed &
Quicquid miſeri peccamus in victu, & ſua
Quiſque attrahit culpa ſibi.

XX.

Vere enim inſania, &c.

Vere regnant bile ab atra inſaniæ, & deliria, Verni morbi.
Et furores, ſanguinisque fluxus, & epilepſia,
Cũ cynanche brãch⁹, & grauedo, tuſſis & lepra,

Impetigo, & alphos, vlcerosa & exanthemata
Plurima, & tubercula, infesti doloresq; artub'.

XXI.

Æstate verò, &c.

Æstiui morbi.

Nõ vacat plerisque taliũ ipsa & æstas: sed febres
Continuæ, causique, nec non tertianæ plurimæ,
Quæq; quarto quoq; repetit flãma pertinax die,
Et diarrhœa vomitusque, ophthalmia, aurium dolor,
Oris vlcera, & putredo partium genitalium,
Papulæ, sudamina illa quæ vocant Graij ἵδρωα,
Maximè hæc in quã vigẽt æstate præter cætera.

XXII.

Autumno autem, &c.

Autumnales morbi.

Quid quòd & Autũno decedit plurimus æger,
Æstiuis pariter morbis grassante suisque:
Quorum hi nigrantis soboles, flauentis at illi
Humoris: causi immites, acresque tritæi,
Et duri splenes, hydropes, & arida tabes.
Salsaque guttatim manans vrina, fluorque
Radens inteſtina, aut horum læuor, acutus
Coxarum dolor, anginæ, ileos, asthma, epilepsis,
Atque melancholiam Graio quã nomine dicũt,
Bilis & atræ efferuescens insania succo.

6. Epidem. comm. 1. paragr. 15. Autumno θηριώδης, id est ferinum: oris ventriculi morsus, id est καρδιαλγίαι: φρικώδης, id est horridum: μελαγχολικὸν, id est atra bilis.

XXIII.

XXIII.

Hyeme pleuritides, &c.

At sibi hyems laterũ & pulmonis vendicat ignẽ
Collecto incensũ humore. illi & branch⁹ amic⁹,
Lethargusq́, grauedoque, apoplexisque, dolorq́,
Pectoris, & costarum, & lumborũ, capitisque,
Tussis, & in gyrum volucri qua concita motu
Corpora voluuntur, nebula turbante serena
Lucis iter, cerebri è thalamo manãtis ad ipsum
Organon, attoniti vertigo nuncia morbi.

Morbi hyemales.

XXIIII.

Secundum ætates, &c.

*Iam quod ad ætatũ discriminaq́, attinet, *infãs*
Nuper & in dias qui luminis editus oras
Lac tenero bibit ore puer, feruentibus aphthis
Molle palatum læditur, a pastuque recente
Crebra vomit, vigilatq́, interdũ, pectus & ægrũ
Clamosa quatitur tussi, subitoque p uore
Mentem externatur per amica silentia somni.
Illi & qua medio exarescit ventre resectus
(Chorda trib⁹ vasis, tenuique putamine cõstans)
Omphalus inflammatur, & auribus humida
manat
Materies, cerebri quæ purgamenta feruntur.

De morbis qui in diuersis ætatibus ut plurimũ fiunt.

* τ̃ νεογῶν παιδίων, infantũ & tenerorũ puerorum.

XXV.

Cùm verò iam dentire incipiunt, &c.

2 τῶν ὀδοντοφυόντων, sub dentitionis tempus. *ὀδαξισμός.

At simul exactis aliquot iam mensibus albi
Mollibus è caueis cœpere emergere dentes,
*Gingiuas * pruritus habet, febresque tenellum*
Afficiunt corpus, tentat neruosaque spasmus,
Tum fluit aluus, maximè vbi prodire caninos
Arguta videas acie, pueris bene crasso
Corpore præsertim, adstrictas & habētib⁹ aluos.

XXVI.

3 τῶν παιδίων πρεσβυτέρων, qui grādiusculi sūt: quæ media est ætas inter dentiētes & pubertati proximos.

Cùm verò iam magis adoleuerunt, &c.

Temporis at progressu adolescens mollior ætas,
Ante etiam quam pubescant vernātibus annis,
His aliisque solent tentari affectibus. vdæ
Nam fauces ardent tonsillis: occipitisque
Vertebra lordosin patitur: gemit asthmate pectus:
Calculus & crùdi soboles humoris edaces
Arguit, & teretes lumbrici animalcula fœda,
Ascaridesque colo tenues generantur in imo,
Pensilis & summa in cute verruca eminet, aures
Circaque apparent Satyrorum nomine dicta
Tubera, nec struma neq; phymata cætera spōte
Absunt nata, eaq; in primis quæ diximus antè.

XXVII.

4 πρὸς τὴν ἥβην προσαγόντων, ad pubertatē accedētiū.

Grandioribus autem, &c.

Grandior his ætas & ephebis proxima, & illis
Quos modò percurri, morbis tentatur, anhelas
Præterea & febres longo quæ tempore durant,
Sangui-

Sanguinis & gemina stillantẽ e nare fluorem
Perpetitur, riuis vasorum illo exundante.

XXVIII.

Pueris maximam partem morbi,&c.

Sed puerûm quibus est ætas obnoxia morbis,
Maxima pars horum vel luces desinit intra
Decerni vel amat denas quater,(hi diuturni
Namq; ferè) mensem cunctādo septimū ad vsq;
Vel properat, septẽ aut durando conficit annos,
Aut ipsam propius gaudet contingere pubem.
Tempore quo nisi soluantur, penitus nisi cessent
Dū mas pubescit, tenero & dū menstrua sexui
Erumpunt, diuturna pathe vix longa domabit
Annorum series spacium & miserabilis æui.

κρίσις morborum primæ ætatis, quæ τῶν παιδίων est, & in 4. partes diuiditur.

XXIX.

Iuuenibus,&c.

Sed iuuenes vexant qui morbi? reiicit ore
Sanguinis hic riuos, rupto in pulmonibus amplo
Vase vel eroso, sequitur mox tabida pestis.
Sed nec acutæ absunt febres, morbusque caduc⁹:
Rarius hic, sed crebrius illa. sed neq; quantū est
Morborum, quos hactenus enumerauimus, illa
Non ætate vigent, calidam exercentq; iuuentā,
Præcipuè ardores, immansuetique tritæi.

ς τῶν νεανίσκων, i. τῶν μειρακίων & τῶν νέων, id est, adolescentum & iuuenū: ut & Cellus cōuertit.

XXX.

Vltra hanc ætatem,&c.

Vltra hanc ætatem progressis asthmata fiunt,
6 τ παραχμαζόντων. *Creber anhelitus, & laterum dolor, & pulmonis*
Phlegmone, & ardentes febres, & amara phrenitis,
Lethargusque piger, diuturni aluique fluores,
Et sursum atque deorsum erũpens feruida bilis,
Cumque dysenteriis lienteriisque, cruentæ
Vasorum in sphinctere hæmorrhoides oscilla.

XXXI.

7 Senibus spirandi diffic. &c.

τ πρεσβυτῶν, senum. *At senibus dyspnœa molesta est, suntq; catarrhi*
Cũ tusse, & stranguria acerba, dysuriaq; aspra,
Artubus infestusq; dolor, lachrymosa nephritis,
Improba vertigo, dirumque apoplexia fulmen,
Deformisque cachexia, agrypnia, nariũ & alui
Humiditasq; oculorũ, & toto corpore grassans
Pruritus, glaucedo, hebetes in lumine visus,
Auditusque grauis, quia sensus vincula torpẽt.

Aliter.

Dyspnœa, tussis cum catarrho, vrinaque
Seu difficulter siue guttatim exiens,
Renumque acutus, insuauis & dolor
Nexus reuinctorum ossium quo vapulant,
Vertigo, apoplexia, habitusque corporum
Mali, vigiliæ, aluus soluta, & humidæ
Nares oculique, totiusque corporis
Pruritus, acies luminum retusior,
Glaucedinesque, auditus & grauis, senum
Τῶν πρεσβυτῶν sunt morbi & arrostemata.

ANDRE-

ANDREÆ ELLINGERI APHORISM. HIPPOCRATIS PARAPHRASEOS POETICÆ LIBER QUARTUS.

Canones obseruandi medico in omni varietate actionum suarum.

APHORISMVS I.

Vterum gerentes sunt medic.&c.

Quadrimestres septimumque ad vsque prægnantes licet (mior — τὰς κυούσας φαρμακεύειν.
Pharmaco purgare mensem, quòd coalitus fir-
Fœtuũ hoc permittat, ipse & fluctuãs motu vago
Incitet naturã ad expellẽdum, & artis postulet
Ceu manum tristis sibi humor porrigi: sed cautè agas — εὐλαβέεσθαι, cautè & religiosè agere.
Grandior minorue si conceptus, aut adultior
Teneriorue existat, infirmo q; instar fructuum
Arboris nimis recentum ille, integraue qui sui
Propius a maturitate absunt, adhæsu nititur.

Aliter.

Pharmacum, turgente grauidis materia, purgans dabis, (his tamen.
Mense quarto ad septimum vsque: parcius sed
Quod citra est vltraque, declines velut scopulos, cauens
A minore & grandiore fœtu, inhærentẽ locis

Ne vi-

Ne violes, rumpasque tenera fila nimium aut
marcida: *(agas.*
Consulo cautè religioseque quod agendum est

Medicus imitator naturæ.

APHOR. II.

In medicationibus, &c.

ἄγειν, educere.
παύειν, sistere.

Qualia sponte abeunt & sponte abeūtia, p̄sunt,
Talia si purges, proderit eximiè.
Sin contra, freno cohibere fluentia oportet:
Non habet euentus hæc medicina bonos.

III.

5. Aph. 25.
εὐφόρως, facilè.
δυσχερῶς grauiter.

Si qualia oportet, &c.

Si, quæ purgari, purgentur, oportet, & ægris
Confert, & facilè id tolerant: contraria verò
Impensè lædunt, grauiterque feruntur ab illis.

IIII.

Medicari, &c.

ῥοπὴ ἄνω.
ῥοπὴ κάτω.

Ducere, quò repunt succi, purgare & oportet,
Æstate suprà potius, hyeme infra magis.

V.

Sub canicula, &c.

ὑπὸ κυνὰ,
πρὸ κυνός.

Sub cane, & ante canem facilis purgatio nulla,
Quòd resoluta æstu sint corpora, q; Medicinæ
Vis trahat in diuersa & iniqui syderis ardor,
Quódq; ferè febres purgatum hoc tēpore tentēt.

VI.

Graciles & macilentos, &c.

Et

Et graciles habitu nulloque labore vomentes
Purgare ſurſum, hyems vetet niſi aſpera. εὐημέες, ad vomendum faciles.

VII.

Difficulter vomentes, &c.

Carnoſos ſed enim moderatè, ægreque vomentes δυσημέες, ægrè vomẽtes.
Purgabis infernè, modò
Æſtatis vites tempus quo pallida bilis
Commota feruet & furit.

VIII.

Tabidos ſeu tabi obnoxios, &c.

Aridulum lenta cui corpus tabe liqueſcit, φθινώδεις, obnoxii phthiſi.
Quæ vomitu purgãt pharmaca ſumta nocẽt.

Aliter.

Obnoxios tabi caue
Vomitum ciente pharmaco
*Tentes, iuuant * hypelata.* Id eſt, aluũ ſubducẽtia.

Aliter.

Cui thorax anguſtus anhelaque viſcera tabes
Inſedit, ægrè & cum periculo vomit.

IX.

Melancholicos, &c.

Melancholicos vehementius purges licet
Infra: grauis illuc ſponte deſidet ſua
Humor per inferna vacuari poſtulans:
At flaua bilis materies leuiſſima
Per ſumma fluitans ad ſuperna nititur.

X.

Medicari, id est purgare, &c.

Aph. 22. & 24. lib. 1.

Nil vetat in morbis, si sint vehementer acuti,
*Materia turgente, *cito medicamine poto*
Profligare malum, pestemque educere in auras.
Forte alibi prodest, nocet hic differre medelam.

*αὐθημερὸν, eodem die.

χρονίζειν.

XI.

Quibus tormina, &c.

Tormina & circa teretem vmbilicum
*Quos *dolor vexat, quatiensque lumbos*
Pertinax ille, & medicando solui
Nescius: hydrops
Hos manet siccus, cui rauca nomen
Tympana, & non dissimiles dedere
Ventre percusso sonitus rigente
Flatibus vdis.

γνωστικὸς τ̃ παρόντων, & προγνωστικὸς τ̃ μελλόντων συμπτωμάτων.

*στρόφοι.

*πόνοι.

XII.

Quorum alui, &c.

Lienteria quorum aluus humenti male
Afficitur ex mordacis influxu seri
Radentis intestina superficietenus,
Purgare supra in hyeme tales est malum.

λιεντερειώδεις, id est, intestinorũ læuitate laborantes.

XIII.

Qui ad veratrum, &c.

Ægre vomenti quisquis elleborum volet

ἐλλεβορισμός.

Dare

*Dare, pleniore corpus * humectet prius*
Cibo ac quiete, quàm propinet pharmacum
Valentius quo nullum & efficacius.

6.Epid.sect. 5. item in lib. Quos quãdo quibus purgare oporteat.

*In Epistola Hippocr. ad Democritum προϋγραίνειν.

XIIII.

Poto elleboro, &c.

ἐλλεβόρου πόσις.

Cùm quis elleborum bibit,
Non perinde quies iuuat,
Non perinde sopor iuuat,
Atque motio corporis
Et leuis fuga somni.
Nauigatio hoc indicat,
Vela cùm tumido natant
Æquore, & trepidat ratis,
Quòd, fastidia dum ciet,
Motus corpora turbet.

ἡ ναυτιλίη.

XV.

Quum elleborum, &c.

Ducentem helleborum generosè corpore toto
Somnus refrenat & quies.

Quomodo sistenda sit purgatio.

Aliter.

Cũ libet elleborũ stimulis quasi cõcitare, corpus,
Poto moue illo: sin satis superque
Eduxisse tibi videatur, vt impetum refrenes,
Fac dormiat: rabiem quies retundit.

κίνησις. ἀκινησία.

XVI.

Elle-

Elleborus periculosus,&c.

Tristis ac periculosus carne sana praditis
Elleborus.conuulsionẽ accersit.n.grauissimam.

XVII.

Non febricitanti,&c.

ἀποσιτίη. *Absque febri cuicunque cibi fastidia, & oris*
Amarities molesta erit,
καρδιωγμός. *Ventriculique oris morsus vertigoque, supra is*
τῆ ἄνω φαρμακίῃ. *Purgante medicina indiget.*

XVIII.

Supra septum,&c.

ὑπὲρ φρενῶν. *Qui supra phrenas est dolor, supernè*
(Virosa quibus est opus catharsi)
Purgandum:sed ad inferas trahendum
κάτω φρενῶν. *Partes indicat, infra vbi lacessit*
Phrenas quæ loca sunt.ῥοπὰς secundum
Mométa & inclinationes. *Humorum instituenda enim catharsis.*

XIX.

Qui in medicam.&c.

φαρμακοποσίη. *Quis pharmaci virtute venter soluitur,*
Non antè fluere desinit,
Anhela siccas quàm premat fauces sitis
Corpus rigari postulans.

XX.

Non febricitantibus,&c.

φαρμακίῃ κάτω. *Si cui nulla febris sicco squalore molesta est,*
Et genuum grauitas, torminaq; acciderint,
Lum-

Lumborumque dolor: poto medicamine, vĕtris
Imi quod reseret claustra, opus esse docet.

XXI.

Excrementa alui nigra, &c.

Deiectiones nigræ & atro sanguini ὑποχωρή-
Non dissimiles, si sponte siue cum febre, ματα ἀπὸ
Siue absque febre prodierint, sunt pessima: ταυτομάτου
Et quo varietas maior his ciborum inest, ἰόντα.
Pluresque praui reperiuntur horum, eo
Deterius. at virtute poti pharmaci ξὺν φαρμα-
Si id accidat, melius. colores quóque sunt κίῃ.
Plures, nec ii praui, hoc magis laudabilis
Deiectionum ratio multiformis est.

XXII.

Morbis quibusue, &c.

Si bilis atra succus ille acerrimus χολὴ μέλαι-
Radensque terrā, Cancri & Elephantis parens, να.
Morbo incipiente infra supraue scilicet
Non lege naturæ exierit, mors imminet.

XXIII.

Quibus per morbos, &c.

Quē diuturna pathe afflixere, aut morb' acut' πολυχρόνια.
Vulneraque, & macies hominem inde extrema secuta est:
Denique & ex aliis cui contabescere caussis λεπτυνέεσθαι.
Contigit, atra simul bilis, similisque nigranti

Teter

Teter sanguini ichor, liquida decesserit aluo:
Postera lux tenues vitam illi sparget in auras.

XXIV.

Dysenteria, &c.

Ne mihi ne quisquã temere persuadeat auctor
Bile dysenterias acri & bullante profectas
Atra, lethali non perdere corpora morsu.
Depascens namque ipse malũ insanabile cãcer.

XXV.

Sanguinem supernè, &c.

Sanguinis vt vomitus, per & os excretio facta,
Qualiscunque sit hæc & qualicunque colore
*τὰ μέλανα. *Præditus ille, malũ est: ita ferri* nigra deorsum*
Perque hæmorrhoidas vacuari præstat hiãtes.

XXVI.

Si dysenteria, &c.

Praua dysenteria hæc, prædatrix lucis & auræ
σάρκες. *Cum subeunt ramenta aluo, & quasi frustula carnis.*

DE FEBRIBVS.

XXVII.

Quibus per febres, &c.

αἱμοῤῥαγίη. *Cui durante febri sanguis manarit abunde*
Quacunq; exiliens de parte: huic crudior alu⁹,
ἐν τῇσι ἀναλήψεσι. *Cum refici exhausti incipient iam segniter art⁹,*
Crebra fluet, liquidumq; excernet, mitia donec
Nati-

Natiuus fomenta coquat felicius ignis.

XXIIX.

Quibus biliosæ,&c.

Febre laborabam, surdaster fio repente: κώφωσις.
Cognati trepidāt, medicus symptωmate gaudet.
Tum mihi mollifluam bilis deiecta per aluum,
Protinus a gemina grauitatem discutit aure.
Quin vbi ad intestina ruēs descenderit humor,
Non prius humentem cessat manare per aluū,
Quam grauis auditꝰ tinnitibus occupet aures.

XXIX.

Quibus febric. &c.

Sexto si qua die febris comitata rigorem ῥῖγα.
Quassauit corpus, crisis importuna sequetur. δύσκριτα.

Aliter.

Sexto rigores febrientem si die
Quassant, molesta difficilisque erit crisis.

Vel.

Hei quàm terrificus rigor
Sexto in febre die, concutit aridum
Corpus: difficilis iudicii cui labor est comes.

XXX.

Quibuscunque accessiones,&c.

Si repetens horam febris bene seruat eandem, παροξυσμοί.
Seu paribus siue imparibus dimiserit horis,

Importuna crisis vix tandem incendia soluet.
Nam quæ fixa loco radicibus insidet altis
Materies, solita est multo conamine vinci.

XXXI.

Lassitudinem sentientibus, &c.

1. Lassitudo in morbo. *ἀποστάσεις.

*Lassitudo in febribus spõtanea *abscessus creat,*
Ossium nexus & arthra, quiq; malas occupent,
Maximè influẽte adenũ in rara succo corpora.

XXXII.

2. Lassitudo post morbũ. ἀνιστάμενοι ἐκ νόσων, cõualescentes ex morbis. *πόνον, i. βλάβην.

Quibus ex morbo, &c.

Æger eram, sed conualui: sentire videbar
**Dolorem in vna corporis*
Parte magis quàm alia: tumor ecce emergit in
Apostasisque feruida. (illa

XXXIII.

3. Lassitudo ante morbum. κατάσκημμα, decubitus. σημειωτικός. Aph. 60. 7.

Sed si ante morbum, &c.

Antè etiam morbus quàm capit, si qua dolore
Afflicta pars cæco fuit:
Illuc defigi solet ac decumbere morbus,
Tumensque fieri apostasis.

XXXIV.

Si febre detento, &c.

Si febre correpto fauces subitò angit anhelas
πνῖξ. *Formidulosa strangulatus passio:*
Hip. Progn. 3. sect. *Desperata salus ægris, præsertim vbi nullus*
In faucibus stertentibus tumor sedet.

XXXV

XXXV.

Si febre detento,&c.

Febre laboranti si collum peruertatur,
Ægrè vt miser deglutiat,
Mors homine perimet, præsertim vbi nullus ob-
Apparet in collo tumor. (*liquo*

ἐκστροφὴ τοῦ τραχήλου παρὰ φύσιν.

XXXVI.

Sudores febricitantibus boni,&c.

Sudor arido refusus febrientis corpore
Tertio quintoue septimoue, nono & vndecimo,
Bisque septimo, decimoque septimo, & vicesimo
Primo, adhæc qui septimus vigesimũ supra diẽ
Fulserit, trigesimusq́; primus, & trigesimus (*ues.*
Quartus, est laudabilis, morbosq́; decernet gra-
Sin alio fiet modo, symptωmatis ratione abit,
Et doloris arguit vim, longitudinem & mali,
Et rudimenta aspera subesse recidiuæ indicat.

κριτικὸν σημεῖον τῶν ἱδρώτων. κρίσιμοι ἡμέραι. 1. Epid. cõ. 3. parag. 14.

XXXVII.

Frigidi sudores cum febre,&c.

Frigidus sudor in acuta febre mortis est nota:
Mitiore in febre, morbi longitudinem indicat.

ἱδρῶτες ψυχροί.

XXXIIX.

Et qua corporis parte sudor,&c.

Qua que sudat parte, eadẽ morbũ & æger susti-

XXXIX. (*net.*

Et qua parte corporis,&c.

Qua calet frigetue parte, morbo ibidẽ vapulat.

Aliter.

Corporis quacunq; parte frigus inerit aut calor
Perseuerans, morbo eandem afflictam & obsessam puta.

Vel.

Qua calor in parte aut frigus conseruet, eadem
Residere morbum existima.

Vel.

Qua perseuerat frigus in parte aut calor,
Sedes ibidem morbi erit.

Aphor. 60. 7.

XL.

Et quando in toto, &c.

ποικίλαι διά θέσις.

Longus erit morbus, mutatio crebra vbi toto in
Corpore fit, frigusq; modò, modoq; excipit æstus
Alterna vice, nec color idem, aliusque vicissim
Ex alio emergit: variis humoribus ægri
Luctantes par est spacium sibi poscere vires.

Prognosticum ex sudore.

XLI.

Sudor multus, &c.

Plurimus ex somno cùm sudor perluit artus,
Nec manifesta subest manantis causa liquoris:
Indicio est assumi alimenta benignius æquo.
At si contigerit moderata stante diæta,
Sudor vt assiduus resoluto è corpore manet:
Rite superuacuum tolli debere notatur.

XLII.

Aphoris. 42. 4.

Sudor multus,&c.

Sudor vbi assiduè manans frigensue calensue
Erumpit,morbū minus hic, magis ille timendū
Ostendit:quia naturæ est inimicior algor.

De Febribus,& harum symptωmatis ad finem vsque libri.

XLIII.

Febres quæcunque,&c.

Continuæ febres intermittentibus omnes
Peiores: sed & has inter * *cui tertia robur*
Addit quæque dies, inimico sæuius igne
Vrat vt exardescens, plus trahit illa pericli.
Sed quocunq; modo intermittat, abesse periclū
Nos sperare iubet, timidū confidere & ægrum.

*οἱ δὲ τρίτης ἰσχυρότεροι γινόμενοι.

XLIIII.

Quibus febres,&c.

Quos longæ exercent febres,his * *tubera in ipsis*
Plerunque articulis fiunt,sæuique * *dolores,*
Concoctu haut faciles:quia crassi copia succi
Ad caua decumbens iuncturarum loca, crudū
Ingenerat phyma, & lento vix igne domādum.

*φύματα.
*πόνοι.
Crisis p absceſſum.

XLV.

Quibus tubercula, &c.

Cùm labor articulos,simul & nodosa fatigant
Tubera post febres,nimio sese obruit ille,
Quisquis erit,pastu,exhaustos genialiter artus
Dum reficit,crudisq; onerantur viscera succis.

Tubercula in statu conualescentiæ.

XLVI.

Si rigor,&c.

Si neque dũ cessante rigor febre cõcutit ægrum
Iam debilem, lethale erit.

XLVII.

Excreationes,&c.

ἀποχρέμψιες.

Liuidæ excreationes, biliosæ & fœtidæ,
Et cruentæ, in febribus motu perenni euntibus,
Sunt malæ omnes. verùm vbi excernũtur haud incommodè,
Alleuantq́; ægrum, bonæ sunt: alui itẽ, vrinæ & (fluor,
Sputa, vomitus, cõmodè si prosperèq́; fluxerint.
Sin per vrinas, per aluũ, conferentiũ nihil (lũ.
Fuerit excretũ, vndecũq́; eruperit tandẽ, est mã

διαχωρήσιες, οὖρα.

Aliter.

Liuida sputa, cruenta, & fœtida, flauaq́; febres
Continuas comitata, mali præsagia morbi.
Sin pulcrè excernãtur & hæc, subeũtiaq́; aluũ,
Vrinaq́;, bonũ est. sin contrà, & per loca dicta,
Quæ minimè prodest excerni, excreta vidẽtur,
Triste malum, caussaque malæ illætabile signũ.

XLIIX.

In non intermittentibus,&c.

Correptos febri nunquam cessante, necesse est
Perire. flamma cùm putri
*Ardent interiora, sitisque habet, * exteriora*
Algent, & hyemem sentiunt.

* ψύξις τῶν ἔξω μορίων.

XLIX

XLIX.

In non intermittente, &c.

6. Epid. sect. 2. paragr. vltimo. θανατώδη σημεῖα. * διαστροφαὶ τῶν μορίων.

* *Peruerti labrum, palpebram, nasum, oculúq;,*
Atque supercilium, quē febris anhela fatigat
Non intermittens, aciem fierique retusam,
Deficere auditum, iam fractis viribus ægri,
Corpore & infirmo: lethi haud obscura ꝓpinqui
Signa. subest horum ratio indubitata: Galeni
Pellege hypomnema & scholiō breue et exegesin.

L.

Vbi in febre non interm. &c.

In febre continua, dyspnœa paraphrosyneque
Præsentis exitii nota.

LI.

In febribus abscess. &c.

In febre ἀπόστημα.

Ad primas nisi iudicationes
Persanentur apostases, per ipsas
Si quas contigerit febres oriri:
Longi dant manifesta signa morbi.

Aliter.

Febrium comites laboriosi
Abscessus, nisi desinant soluti
Ad primas bene iudicationes:
Morbi vis diuturna carpet ægrum.

Vel.

Abſceſſus in febre criſes niſi ſoluerint obortos,
Longam fore ægritudinem loquuntur.

LII.

Vide Prognoſt. & Epid. 6. cōm. 1. partic. 22. Infra Apho. 2. 8.

Iis qui in febribus, &c.

Nil habet abſurdi, ſiue vrant corpora febres,
Siue alius languor tentet, ſi lacruma ſponte
Cũq; probare ſi abit: verùm illacrymãtibus vdis
Conſilium præter, mala portenduntur, ocellis.

LIII.

Quibus circa dentes, &c.

περίγλισχρα.

Viſcida materies obnaſcens glutinis inſtar
Dentibus, & fortem febrẽ demonſtrat, & igne
Haut modico exuri fluitantis pabula ſucci.

LIIII.

6. Epid. cõ. 2. parag. 27.

Quibus plurimum tuſſes, &c.

Cui febre in ardenti deſtillat leniter humor,
Irrigat & fauces, via vocis vt inde madeſcat,
(Sicca quod irritans leuiter tuſſicula mõſtrat)
Huic plerunque ſitis minus èſt infeſta, minusq;
Aſpera, quàm ſicc⁹ quẽ tantũ decoquit ardor.

LV.

6. Epid. 2. part. parag. 10.

Ex bubone febres, &c.

*ἐπὶ βουβῶσι πυρετοί.

**Ex inguinum tumoribus*
Ephemeras præter malæ,
Suſpectæ & omnes ſunt febres.
Nam viſcerum per phlegmonás

Gignun-

Gignuntur: at diarias
Manifesta caussa suscitat.

LVI.

Febricitanti sudor superu.&c.

Non cessante febri sudor malus. Indicat autem ἐπὶ πυρετῷ
Morbũ produci, multus quòd suppetat humor. ἱδρώς.

Aliter.

Febre malum sudor non deficiente. prorogari
Morbum necesse est, plurimus quòd humor
Suppetat, illi dans fomenta, negociique multum
In digerendo & temporis requirens.

LVII.

Spasmo aut tetano lab.&c.

Febrili spasmus tetanusque extinguitur æstu. Aph. 26.2.

Aliter.

Febre superueniente fugit spasmus tetanusque.
Medicina morbi morbus est.

Vel.

Νόσον νόσος λύει: *febris si accesserit*
Spasmo tetanoque, frigidis affectibus,
Hos soluit, vdum digerens superfluum,
Calore frigidumque in aucto concoquens.

LVIII.

Febre ardente labor, &c.

Rigo-

ἐπὶ καύσῳ ῥῖγος. *Rigore ſuccedente cauſos ſoluitur.*
Gal. de cauſſ. ſympt. 5. & 2. & de criſ.

Aliter.

Exſoluit ardentem ſubitus rigor febrem.

Vel.

Mota bile rigor gelidus vbi concutit artus,
Quem febris ardens vſtulat,
Soluitur hæc, fugienſque informē deſerit ægrū:
Quieſque corpori redit.

LIX.

Tertiana exquiſita ſept. &c.

*τριταῖος ἀκριβής. *Circuitus ſeptem *purum finire tritæum*
Cùm res ipſa probat, tum docet Hippocrates.

LX.

Quibus febricitantibus aur. &c.

ἐπὶ πυρετῷ κώφωσις. *Si qui ſurdeſcunt in febribus, hos iuuat aluus*
Turbata, aut ſanguis gemina de nare profuſus.

2. Aph. 28. huius libri. Aliter.

Surditatem in febre obortā profluens e naribus
Sanguis aut turbata ſoluit alu⁹, excernēs cholē.

Aphoriſm. ὑγιήσιος. LXI.

*Galen. *Criticis* legit. Febricitantem niſi dieb. &c.

* ὑποστρο-σπασμός. *Quòd niſi in *imparibus morboſa reliquerit æ-*
*Querquera *reuerti amat febris. (grū,*

1. Epid. cōm. 3. parag. 13. LXII.

Quibus per febres, &c.

Flaua superueniens febrilem aurigo per æstum, ἴκτερος.
Septimus antè dies criticis quàm luceat horis,
Nec febrim soluit, neq; nō symptωma malignū ē.

LXIII.

Quibus in febribus, &c.

Cùm singulis rigor diebus concutit,
Et singulis febris diebus soluitur.

Aliter.

In febribus certo rigores cùm die
Repetunt, eodem febris ipsa soluitur.

LXIIII.

Quibus per febres, &c.

Icterus accedens cùm febrem septimus vrget,
Cum decimo quarto, nonus, & vndecimus:
Laudandus, nisi dextrum hypochondrion ilia su
Obsessum scirrhi duritie rigeat. (pra

LXV.

In febribus circa vent. &c.

Circa ventriculum vehemēs in febribus æstus, καῦμα.
** Cordisque morsus, est malum.*
* καρδιωγμὸς, id est, oris ventriculi morsus.

Aliter.

Ventriculi tunicis cùm sese immerserit humor
A bile flaua in febribus,
Ardor & incendii vehementia detinet ægrum,
Morsusque cordis lancinat.

Quo-

Quorũ vtrunq; malũ symptoma: at peius vtro-
Cùm cordis accedit tremor. *(que*

LXVI.

In acutis febribus conu.&c.

πόνοι ἰσχυροί. *Spasmi in acuta febre malum, forteśq; dolores,*
Flammata circum viscera.

LXVII.

In febribus ex somn.tim.&c.

φόβοι. *Ex somnis pauor, & distorquẽs mẽbra malignis*
In febribus spasmus, malum.

LXIIX.

In febribus spirit.off.&c.

Spiritus offendens in febribus haud ita longè
Abesse spasmum nunciat.

πνεῦμα προσκόπτον, id est, in medio sui interruptus.

περὶ τῶν οὔρων. LXIX.

Quibus vrinæ sunt cr.&c.

οὖρα θρομβώδεα. *Cui febrienti vrina pauca redditur*
Eademque grumosa atque crassa: hunc copia
Seri tenuioris profusi subleuat.
Sed maximè illis hoc venire vsu solet,
Quibus inter initia aut breui pòst mingitur
Vrina leuem visa habere hypostasin.

LXX.

Quibus per febres vrinæ,&c.

Turba-

Turbata febrientibus
Vrina quando mingitur,
Qualem iumenta cernimus
Laborioſa fundere:
Capitis vel his adeſt dolor,
Breui vel aderit tempore.
Nam ſpiritus calentibus
Succis inerrantes caput
Replent: vigiliæ plurimùm
Augeſcere hinc ſolent: neque
Delirii non imminet
Periculum, ſi humoribus
Multa inerit acrimonia.

οὖρα ἀναπεταραγμένα.

LXXI.

Quibus die ſeptimo iudic. &c.

Quarto viſa die in lotio nubecula rubra,
Iſfore iudicium ſepteno monſtrat in ortu.
Cætera pro ratione itidem ſe ſigna & habebunt,
Sputa (vt opinor) & alui ſordes excrementa:
Nempe criſes itidē hæc oſtendere nata futuras.

ἐπινέφελον ἐρυθρόν.

Aliter.

Septimi quartus perhibetur index.
Nam nam quarto nephele ſub ortu,
Septimo monſtrat criſin affuturam
Alba rubenſue.

Scholion.

Rubra

νεφέλη. *Rubra non solùm nephele renidens*
In die quarto, sed & alba monstrat,
ἐναιωρήματα. *Tum magis sublimia, indicandum*
Septimo in ortu
ὀξέως κινεῖται. *Morbum. at is velox ubi concitato*
Fertur insultu, crisin ad futuram
Sufficit mutatio tunc coloris
Systaseosue.

Sic vbi vrinæ tenues probatam
Humidi acquirunt mediocritatem,
Tali in arrostemate signa præbent
Iudiciorum.

Vnius signi ille quidem disertè
Scilicet rubræ meminit, seroso
Nubis inuectæ, quia vidit illud
Rarius vdo.

Vult tamen nos cætera signa eadem
Lege scrutari, sicubi imminentem
Indicent vel sputa crisin, vel vdam
Fusa per aluum.

Candidæ nubes lotio frequenter
Innatant, factæ nota coctionis:
At rubræ rarò, quia rubra longi
Propria morbi.

Sunt salutares rubeæ, sed acmen
Longiùs testantur abesse: quisquis
Minxerit tales, diuturniore
Febre coquetur.

LXXII.

Qui-

Quibus vrinæ pellucidæ, &c.

Non ego laudarim pellucida & alba febrienti οὖρα διαφα-
Quæ mingitur: phrenitidos malignæ, νέα λευκά.
Bilis & ad cerebrũ rapta propè nũcia vniuersæ.

Aliter.

Sed neq; laudarim quæ perspicua & simul alba
Apparet in phrenitide hæc vel maximè. (est:

Scholion.

Extrema nota eruditatis alba est
Et pellucida, nec breuem futurum
Morbum significat: sed & maligna &
Leti nuncia fertur, imbecilli
Cum virtute, velut phreniticorum.
Haud quisquam lotium colore tali
Fundens, vim superare visus ægris
Viribus, cerebrum quòd occupasset
Succi mobilis aura biliosi,
Raptu se violento agentis imo
Sursum e corpore. limpida alba clara
Namque cruda & aquosa prorsus omnis.

LXXIII.

Quibus hypochondria suspensa, &c.

Elata si cui murmurant
Præcordia, & superuenit βορβορυ-
Tensiuus in lumbis dolor: γμὸς, prog.
His aluus humectabitur, 25. lib. I.

Aut

Aut flatus erumpet, nisi
Vrina multa fluxerit.
Hæc accidunt in febribus.

Scholion.

Humore qui murmur ciet
Ruente per venas, abit
Solus per aluum spiritus.
Est quando & vna permeat
Cum humore: quin & sæpius
Diffusus humor, cum sero,
Flatusque & aura excernitur.

LXXIIII.

Vbi spes est ad articulos, &c.

οὖρον πολὺ παχὺ λευκόν. *Abscessu bene liberat futuro*
Tendinum serie reuincta ad arthra,
Multa vrina, eademque crassa & alba:
Qualis febribus in laboriosis
Quarto sæpe solet die remitti.
Quod si purpureum insuper cruorem
Naris fuderit, admodum leuari
Breue intra spacium videbis ægrum.

Scholion.

Abscessus fieri solent ad arthra
His, affecta quibus prius fuere,
Aut lassata malignitate morbi:
Aut cùm copia multa crassioris
Succi longius est morata tempus,

Intra

Intra corporis abditos recessus.
Si natura igitur vias per acris
Vrinæ vacuauerit nocentes
Humores, tumor affluente nullus
Succo emerget, apostasisue laxos
Stringens articulos dolore sæuo.

LXXV.

Si quis sanguinem, &c.

Qui sanguinem aut pus minxerit, ἑλκωσις τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστεως.
Vesica vel renes graui
Huic exeduntur vlcere.

Scholion.

Seu vesica laboret vlcere, ipsi
Seu renes, vbi rupta vena circum est
Oras vlceris exedentis, expers
Puris sanguinolentus exit humor.
Contingit quoque sanguinem profundi
Affecto simili modo meatu
Vretere. sed accidit lapillum
Hunc abradere sæpe transeuntem,
Asper si sit & angulosus. Atqui
Si penis vitio laboret isto,
Sincerus cruor effluit, vel vda
Destillat sanies, serositati
Non permista. sed exeuntem
Cum vrina saniem videbis vnà,
Si partes aliquis tumor supernas

Affligens crepuit, per & ſeri vdos
Canales fluat ægra putrilago.

Aliud ſcholion.

Siue renes ſiue veſicam vlcerum vis lancinet,
Sanguis eroſo ſimul ruptoue vaſe excernitur.
Pure ſed ſolo remiſta exibit vrina, abfuerint
Ruptio ſi eroſioque. Quin & vreteribus
Vlceratis nõ minus cruorq; puſque excernitur.
Hos lapilli ſæpe renum acuti & aſperi & ſcabri,
Tranſeuntes conſuërunt radere & cõpungere.
In pudendorũ vlcere autẽ vel ſine vrina fluũt
Puſque ſanguiſque. At ſuperior ſi qua pars ægra fuerit
Et tumore obſeſſa ſuppurãte, rupto hoc cernitur
Miſta lotio putrilago exire mictu ſordida.

LXXVI.

Quibus cum vrina craſſa, &c.

σαρκία. *Lubricus in vitio ren eſt, ſi fruſtula carnis*
τρίχες. *Parua, pilũue vides in aquoſo humore natãtẽ.*
τριχίασις, pili mictio. Pilos in venis creari, Gal. 6. (loc. aff.

Aliter.

Inſultant craſſo lotio cùm fruſtula carnis,
Productiq; pili quiddam ſimile, eſſe putato a
Renibus excretũ, renumq; oſtendere morbum.

Scholion primum.

Craſſa poteſt dici quæ σύμμετρος *eſt, quia talis*
Oppo-

Opposita est tenui quadãtenus. est tamen harũ
Vocum proprius usus ubi excessum a moderato
Designamus. abusus utrunque ad symmetron audet (do vocamus
Transferre, ut tenuis quæ ad summum est quã-
Illi collatam crassam, contra tenuemque
Respectu in summo crassæ. Sic ergo Aphorismũ
Accipiemus, ut in crassa conspecta pilorũ (nes,
Forma, putrisq; caro, affectos malè prodere re-
Visceris huius & unius πάθος esse putetur.
Venosum in tenui contrà genus omne laborat.

Scholion alterum.

Parua quidem caruncula
Renum indices substantias
Sed quod pilorum formam habet,
Renum nequit pars dicier.
Neque enim potest ad hunc modum
Renum caro dissoluier,
Exesa nec vesica vel
Retexta tales efficit
Salsi liquoris riuulos.
Ramenta nam vesiculæ
Abrasa, sunt simillima
Foliis, ut ipse hæc paullo pòst
Hippocrates squamas vocat.
Τριχίασις hæc sed passio
Consueuit appellarier,
Cum quid capillis cernitur

Simile innatans vdo sero.
Memini videre eiusmodi
Qui meieret corpuscula
Tam longa quàm vel brachii
Cubitus. Sed hic toto ferè
Se anno cibis refersferat,
Orobo, fabis & caseo,
Crassum generantibus χυμόν.
Hic vstus ergo in renibus,
Similem pilorum essentiam
Producit: & quidem modus
Curationis idem probat.
Diæta namque & pharmaca
Vi prædita incisoria
Et attenuante & humida,
Symptomate ægrum vindicant.
Quòd tanta si renum foret
Exulceratio, aut cauæ
Vesicæ, vt horum propriam
Dissolueret substantiam:
Prædicta non modò pharmaca
Nihil iuuarent, sed magis
Exasperarent hoc malum.
Statuatur ergo a renibus
Prodire, quod iam diximus.
Sed esse partem essentiæ
Horum, velut carunculas,
Non postulet credi sibi
Quisquam: sed hoc genus velut

Are-

enulas & calculos
renibus concrescere,
senis sententia est.
Vrina sed cur crassior
les vehens capillulos?
òd crassa pituita & tenax
mor pererrans venulas
r quas torosi sanguinis
currit aureus liquor,
mbris suaue poculum
lia marcentibus)
demque collectus caua
um per ergasteria
gatur. Haud vidi tamen
um diathesin eiusmodi,
a solida ipsorum caro
ata contabesceret.
quid quod esset carnibus
uam simile, conspeximus
d rarò in ardentissimis,
t & quod orobum febribus,
rt, perusto sanguine
ate aut in renibus
o: carunculas tamen
se me veras nego.

LXXVII.

Quibus cum vrina crassa, &c.

κύσις ψωριῶσα.

Affectam ſcabie produnt πιτυρώδεα cyſtin,
Craſſo exeuntes furfures mixti ſero.

Scholion.

Nam tenuis præter naturam, oſtenderet eſſe
Affectas venas: ſed cùm mediocris aquoſi
Humoris fuerit ſubſtantia, (ſic etenim nunc
Accipio craſſum) rectè hæc contenta putantur
Prodere veſicam aut renes languore peruſtos.
Nam quia de venis manans vrina per ipſos
Colata & renes, veſicæ illabitur vnctæ,
Atque illic collecta velut reſtagnat in vtre:
Quicquid in vrinis apparet, quod vicioſum
Vel præter naturam ſit, de partibus hiſce
Signa dat, affectoſque docet vel ſanguinis vdos
Canales, loca vel renum vel cyſteos amplæ.
Sic modò veſicam, dum nuſquã vena laborat,
Corroſam ſcabie πιτυρώδεα ſignificarunt.
Nam neque de venis abradi poſſe negandũ eſt
Tale aliquid, tunicis ſcabra prurigine læſis.
Sæpe per ardentes aſſato ſanguine febres
Excerni videas referentia furfura glumas,
Præſertim cùm craſſior eſt contentus in ipſis
Succus, ſanguinei qualem vel dicere poſſis
Humoris fecem, nigræ cognomine bilis
Dotatam, ſed non illius quam calor aſſans
Gignit, ſed quæ ſit ceu limus ſanguinis ater.
Vt ſolet in lepra & lichenibus exiguum quid

Quale

Quale eſt ſerpentis ſpolium, tenuiſſima pellis,
Decidere à ſumma cute: (dicitur hæc ἐπιδερμίς)
Sic vbi conſtiterint ſimiles in corpore morbi
Interiore, æquè ſymptωmata talia cernes.
Hac ratione igitur ſcabie veſica laborans
Venaque cognoſcetur, vti cùm cortice ſqualet
Furfureo lotium. quod ſi tenue eſt, docet eſſe
Affectum in venis: ſin craſſum, vel mediocre,
Indicat affectam ſalſa prurigine cyſtin.

LXXVIII.

Qui inopinanter, &c.

*Qui * ſponte meiunt ſanguinem,*
Symptωmate nullo præuio,
His rupta vena in renibus,
Cauſſam fluoris continet.

* ἀπὸ ταυτομάτου, inopinanter. ῥῆξις φλεβίου.

Scholion.

Quod ſponte dicit, eſt idem
Quod abſque cauſſa extrinſeca,
Aut derepente, vt noxium
mptωma non præceſſerit,
in vlcerata cyſtide.
eque enim fieri poteſt in hac,
vaſa propter ſanguinis
uberantis copiam
mpantur. In veſica enim
latur haud ſanguis velut
enibus: ſed tantum ei

Transmittitur quantum satis
Nutritioni sit: neque
Vesica tam nudas habet
Venas & inuestes, velut
Vterque ren, quarum oscula
Referantur, interdumque hiant,
Rumpuntur aut præ copia
Contenti in ipsorum alueo
Humoris, aut si crassior
Sit idem, & extendendo eas
Soluit tenuem substantiam.
Disrupta vena agnoscitur
Puri fluore sanguinis.
Sed ἀναςόμωσις parua, non
Omnem remittit sanguinem;
Sed qui tenuior sit, magis
Et fluxibilis: vnde efficit
Totum cruentum conspici
Lotium, coloratum rubri
Aspersione sanguinis.
Nec non & emissus fluit
Cruor, dehiscentes vbi
Venæ laborantis putri
Erosione cystios,
Hæmorrhagian cient. sed hunc
Præsentis effluxum vlceris
Notæ antecedunt, vt loci
Ingens dolor, pus, ipsius
Abrasa sæpe θρύμματα

Vesicæ: obid rectè mihi
Hæc vox videtur accipi
ἀπὸ πτυπματ hoc in loco,
Pro quo repente *dicimus.*
Quia vase rupto in renibus,
Exire sanguis visus est
Persæpe, propter copiam
Tantùm sine vlla extrinseca
Caussa: quod accidit quibus
Aut saltus aut casus malum
Aut ictus excitauerit.

LXXIX.

Quibus in vrina, &c.

In quorum vrinis resident sabulosa & arenæ, ψαμμώδεα. κύστις λιθιῶσα.
Vesica in iis laborat ægra calculo.

Scholion.

Non sola vesica vrodochos arenulas
Ex quîs lapillus vi tenacis humidi
Conglutinatis fit, sed & renes gignant.
Aphorismus ergo hic mancus est & mutilus.
Nam siue in illa, siue in his concreuerit
Lapis, soluto hoc, prodeunt arenulæ.

LXXX.

Si quis sanguinem, &c.

Sanguinem grumosq́, si quis meiat, & strãguria
Mordeatur, & dolor lanuginosa ad fæmina,
Inque

ὑποχόνδριον. *Inque pectinem cadat, tũ quod ἐφήβαιον dicitur:*
Constat instrumenta ad vrinæ referendum incommodum.

LXXXI.

Si quis sanguinem, &c.

*λεπίδας. *Purulenta sanguinemq; * squamulasq; meiere*
Insũaui præditas odore, vesicæ notat
κύστιος ἕλκωσις. *Vlcus vrinam capaci continentis alueo.*

LXXXII.

Quibus in vrinario, &c.

Inf. Aph. 57. 7. *Vrinario in meatu (Graius οὐρήθραν vocat)*
Phyma obortum stringit hunc, salsique cursum fluminis vertitur,
Sistit. Idem cùm desiit crudum esse, & in pus
Pure facto protinus cùm rumpitur, soluit malũ,
Laxat & strictã liquoris qui restagnabat viã.

LXXXIII.

Mictus noctu factus, &c.

οὔρησις πολλή. *Larga noctu vrina facta, interdiu breuẽ fore*
Indicat deiectionẽ, vt plurima hac mictũ breuẽ.
Hinc ciere vrinã in alui fluxibus perquã vtile.

FINIS LIBRI IIII.

ANDREÆ ELLINGERI APHORISM. HIPpocratis Paraphraseos Poeticæ liber quintus:

διαγνωστικοὺς & προγνωστικοὺς κανόνας continens.

APHORISMVS I.

Conuulsio ab helleboro,&c.

Lethalis sumto spasmus ab helleboro.

Septem primi signa sũt προγνωστικὰ spasmi ex diuersis occasionibus.

II.

A vulnere,&c.

Vulnera quæ sequitur mortis cõuulsio caussa ẽ.

III.

A copioso sanguinis,&c.

Triste malum conuulsio singultúsq́, vbi fluxit
Plurimus aridulo stillans e corpore sanguis.

IIII.

A purgatione immodica,&c.

Quid quòd vbique malũ conuelli & singultire,
Præcessit quoties nimis immoderata catharsis. ὑπερκάθαρσις.

V.

Si ebrius quispiam,&c.

Ni febris excipiat, quæ priuat voce bibentem,
Exitio ebrietas crapulaque esse solet.

μέθη ἢ κραιπάλη.
κάρος.
σπασμός,
θάνατος.

Aliter.

Conuul-

Conuulsus moritur, cui vocem crapula ademit,
Ni febris excipiat, cocto redeatque Lyæo
Vox homini, lapsis aliquanti temporis horis.

VI.

Qui tetano, &c.

Correptis tetano contingit quattuor intra
Exstingui luces: sin parca benignior ipsis
Adstiterit, salui euadunt, simul aurea solis
Quinto flama die radiis distrinxerit orbem.

VII.

Epilepsia vel morb. comit. &c.

Aphor. 25. 1. *Puberibus minus exitio est epilepsia. namque*
Sub ipsam habet μετάστασιν
Pubertatem: ætas maribus quæ robur adauget
Floremque teneris fœminis.
Grandior ast ætas, lustris iam quinque peractis
Morbum fouet, nec exuit
Funeris ante horam, lucẽ eripientibus vmbris.
συναποθνήσκει. *Nam viuit vnà & interit.*

IIX.

Sequẽtes 8. ꝓgnostica affectuum thoracis.

Qui pleuritide, &c.

Cùm latus & costæ morbo tentantur acuto
Qui quartum decimũ durat ad vsq; diem,
πλευρῖτις. *Nec tota expuitur resoluti massa tumoris:*
ἀνακάθαρσις. *Pus fit, & in tetram vertit ichor saniem.*
ἐμπύημα.

IX.

Tabes

Tabes iis maximè,&c. Aph. 29.3.

A decimo octauo quintũ & tricesimũ ad annũ
Præcipuè * *iuuenes mactat anhela phthisis.* φθίσις.

* ſ. τὰ μειράκια, adoleſcentes, à 18. ad 25: & τοὺς νέους, à 25. ad 35.

X.

Quibus ex angina,&c.

Æger ab angina si liber fiat, & ipsum κυνάγχη.
Occupet allabens pneumona materies: περιπνευμο-
Septem intra moritur cõstricto gutture luces, νίη.
Aut spacium superans empyos illud erit. ἐμπύημα.

XI.

Qui tabe vexantur,&c.

Lenta perustis tabe sputa cùm fœtent πτύσμα βα-
Iniecta prunis, & glaber coma vertex ρύοσμον.
Fit defluente, mortis haud nota est fallax.

Aliter.

Lenta arefactis tabe sputa cùm tetrum
Voluunt odorem, vrentis ignis attactu,
Glaberque capillo decidente fit vertex:
Parcæ supremæ curta fila nent horæ.

XII.

Quibus per tabem,&c.

Mors appropinquat, tabidis postquam pili
De capite fluxere, & superne venit fluor
Alui, malum symptoma & ex caussa mala.

XIII.

Qui ſpumantem ſanguinem,&c.

αἱμοπτόοις. *Expue ſpumoſum, dicam à pulmonibus eſſe.*
Gaudet enim tenui ſanguine viſcus ali.

XIIII.

Tabe detento,&c.

Tabe laborantis de funere cogitat hæres
Cùm videt huic alui accedere profluuium.

XV.

Qui ex pleuritide,&c.

πλευρῖτις. *Improba pleuritis, peſtis mortalium acerbâ,*
ἐμπύημα. *In empyema quando abiit,*
Diſrupta & vomica pus fluctuat in thorace,
Ægerque anhelus expuit
Collectam ſaniem, neq; denis iam quater actis
Morbus quieſcit lucibus:
φθίσις. *Tum phthiſin eroſo fieri pulmone fatendum eſt:*
Quæ morte vitam finiet.

Sequẽtes 12 περὶ θερμοῦ & ψυχροῦ χρή-σιως.

XVI.

Calidum frequentiore,&c.

*Immodicus * calidi carnes effœminat vſus,*
Emollit neruos, torporem mentibus affert,
Sanguinis effluxum gignit, vireſque reſoluit.
Iam tũ ſæua gradũ mors corripit, & citò falcem
Iniicit, halantem raptura animam ſine ſenſu.

*Vt frequens balneorum & vini vſus, fotus corporis nimius, veſtes pelliceæ.

XVII

XVII.

Frigidum verò,&c.

Frigida sed spasmos tetanosq;, melasmata & ri- ψυχρὸν χρῆ-
Febrilem abusu procreant frequenti. (gore σις ἀμιδὴς.

XVIII.

Frigidum inimicum,&c.

Est eadem neruis cerebroq; inimica dentibusq;,
Riuo & cerebri candidæ medullæ,
Quæ lapsu tereti spinam subit, ossibusq;: amicus
Contra calor suauisque commodusque.

XIX.

Quæ perfrigerata,&c.

Perfrigerata postulant calefieri: 6.Epidem.
Solùm excipiantur, a quibus sanguis fluit, par.5.parag.
Fluxurus aut est. Nam quod infestat magis, 8.
Et improbè vrget, maius & periculum
Affert, prius sanandum & exstirpandũ erit.

XX.

Vlceribus,&c.

Mordet vlcera frigidum, Gal.de simpl.lib. 4.
Affert duritiem cuti, cap.1.
Phlegmonas prohibet coqui,
Spasmos & tetanos parit,
Inducitque melasmata,
Febrilesque rigores.

XXI.

Est ta-

Eſt tamen vbi,&c.

Eſt vbi & in tetano gelidæ perfuſio prodeſt:
Frigoris occurſu quia denſata cute, feruet
Pulſus ad ima calor, mox vi maiore iterumque
Effuſus ceu carceribus, ſubit extima membra,
Et morbum ſoluit flamis melioribus auctus.
Sed tribus hîc opus eſt dioriſmis. Nã ſit oportet
Et iuuenis bene carnoſus, vegetiſque lacertis
Atque toris, fluidi tetanus ſit & vlceris expers,
Torrida ſitque æſtas, mediis ardoribus æger
Qua lauet, & gelido non ſegnis denatet alueo.

XXII.

Calidum non in omni,&c.

τῦ θερμῦ δύναμις: 6.Epid. partic.6.parag. 4.

Puri mouendo aptus calor,
Sed non in omnibus mouet
Exulceratis. putrida
Et fluxioni obnoxia
Suppurat haud quaquam calor.
Securitatis maximum
Signum tamen, quòties mouet
In parte pus: mollit cutem,
Extenuat, eſt ἀνώδυνον,
Sedat dolores, horridis
Medetur & rigoribus:
Conuulſa, tenſa mitigat:
Si qua capiti moleſta ſit
Grauitas, eam blandè eximit.
Sed & oſſium catagmata

Et nu-

Et nuda præcipuè iuuat,
Præsertim in his quorum vlcera
In capite sunt insuauia.
Dein frigore emorientibus
Vel vlceratis subuenit:
Remedio & exedentibus
Herpetibus, vesicæ, vtero,
Sedi, pudendo: his omnibus
Amicus est & iudicans
Calor, inimicum frigidum
Mortemque concilians grauem.

XXIII.

In his verò frigido, &c.

Frigida conueniunt, quoties erumpit aperto
Sanguis vase. sed affectis non admoueantur
Membris, sed circa, vnde fluit. fluxurus & esse
Creditur: inflammata etiam quæ florida, rubra
Atque recentia, mulcet: at inueterata nigrescũt
Admotis illis. Sed & expers vlceris ardens
Ille tumor, dictus sacer ignis erysipelasque,
Frigore mitescit. nam læditur vlcere pressum.

XXIIII.

Frigida qualis nix, &c.

Frigida, nix, glacies, thoraci inimica, catarrhos 6. Epid. partic. 2. parag. 12.
Tussesque gignunt, vasa rumpunt sanguinis.

XXV.

Articulorum tumores, &c.

οἰδήματα, i. tumores præt. nat. ἀγώδυνον ναρκωτικόν

Si quod in articulis œdema, sine vlcere, si quis
Extiterit dolor, aut podagra aut conuulsio tẽtat:
Frigida multa affusa leuat, soluitque dolorem,
Attenuatq; : stupor quia sensũ hebetãdo, doloris
Pharmacõ est, caussamq; abscindit, nẽpe calorẽ.

XXVI.

Aqua quæ citò, &c.

Refrigeratur quæ citò & citò calet,
Leuissima omnium est aqua.

XXVII.

Quibus bibendi, &c.

διψῶντες νύκτωρ: 6. Epidẽ. 4. partic. parag. 23.

Qui noctu bibere appetunt
Et valde sitiunt, si biberint nihil,
Somno & maluerint frui
Humectante, sibi non malè consulunt.

Aliter.

Bonum, bibendi noctu auiditas quos tenet,
Potu abstinere, & in siti obdormiscere.

XXVIII.

περὶ τῶν γυναικείων sequẽtes 37. πυρίη ἐν ἀρώμασι.

Muliebria educit, &c.

At suffitus aromatum
Menses prouocat, ad multa alia vtilis,
Ni molli cerebro, ni capiti halando foret grauis.

Aliter.

Menstrua odoratum suffitu ducit aroma.
Sanat enim affectũ, dum vasorũ ora recludit

Crassi-

Craßitiem extenuatq; humorũ, incidit & hærẽs
Infarctumque. aliis sed & in multis foret vsus
Auxilii percommodus huius, ni vapor arcem
Inuadens cerebri grauitatem huic conciliaret.

XXIX.

Prægnantes purgare, &c.

Quæ grauida est, vteroq; gerit, purgare medẽdo Aph. 1. 4. lib
Materia turgente licet, cùm mensibus instat
Quattuor exactis quintus: sed desine citra
Septimũ, adultine rumpas propè marcida fœt⁹
Vincula, vel primis eadem malè firma diebus.
Instar enim arborei crescentis in arbore fœtus
Embryon est.

XXX.

Mulier in vtero ferens, &c.

Sanguen alit fœtum, detracto sanguine abortit ἐκτρὼσμὸς, id est abortus.
Quæ grauida est mulier, mage & hoc si grãdior (ille
Vberioris eget materno in viscere pastus.

XXXI.

Mulierem grauidam morb. &c. Hipp. lib. 1. de morbis in princip.

Prægnantem si quis morbus tentarit acutus,
Lethale est duplici ratione: quòd embryon ipsa
Interimat vel febris, inedia vel tenera huius
Fila secet, lucisque vsura priuet & ipsam
Exhibitus matrẽ cibus haud in tẽpore. Quòd si
Absque febri morbus sit acutus, siue epilepsis

Siue apoplexia ſeu tetanus: metuẽda itidẽ mors.

XXXII.

Mulieri ſanguinem, &c.

Purpureum ſi qua immodicè vomit ore cruorẽ
Fœmina, & erumpunt menſes, excretio ceſſat.

XXXIII.

Mulieri menſtruis, &c.

ἐπίσχεσις τ͂ καταμηνίων.

Defecere quibus menſes, his ſanguis vtraque
Salubriter nare effluit.

XXXIIII.

Mulieri vterum gerenti, &c.

Si qua gerens vterum, fuſa nimis egerit aluo,
Hæc quod habet metuat, crudi graue fulmen abortus.

XXXV.

Mulieri hyſtericæ, &c.

πταρμὸς, id eſt, ſternutatio.

Hyſtericis proſunt ptarmi, releuantq; iuuantq;
Difficili niſu parientes ſæpe puellas.

ὑστερικὴ mulier, id eſt, quę ſtrangulationibus vteri obnoxia eſt.

XXXVI.

Mulieri menſes, &c.

καταμήνια ἄχροα, menſes decolores.

Menſibus haud ſuus eſt color, haud ſtata tempora ſeruant:
Quis tempeſtiua neget hîc opus eſſe catharſi?

XXXVII.

Si mulieri,&c.

Turgidulæ graciles cur quæso repentè mamillæ μαζῶν
Prægnantis fiunt? quia deficit vtilis humor, ἰσχνότης.
Fœtibus & dulcem præbens nascentibus escam
Sanguis. abortiuum miserandis nixibus ergo
Excludet, tali symptomate si qua laborat.

XXXIIX.

Mulieri geminos,&c.

Prægnanti geminosque fouenti, si altera fiat δίδυμα ἔμ-
Mammarũ gracilis, peracerbi præbet abortus βρυα.
In latere affecto indicium, seu fœmina seu mas:
Dextra ferè maribus, fœmellis apta sinistra.

XXXIX.

Si mulier nec prægnans,&c.

Cui nunquã enixæ, neq; dum grauidæ, niueũ lac καταμηνί-
Exilit è mammis, huic menstrua defecerunt. ων ἔκλειψις.

XL.

Quibus mulieribus, &c.

Rarus casus.

Sanguis in vberibus veluti collectus in vtre συστροφὴ αἵ-
Cùm restagnat, & efferuescens molle cerebrum ματος.
Exhalando replet, maniam parit atque furorẽ.

Aliter.

Sanguine stipato mammarum in adenibus, albi
In lactis neque formam abeunte, insania menti
Obrepit, cerebrum dum feruens halitus vrit.

Vel.

Sanguine nutrices suffusæ, instare furorem
Testantur. nam feruidus ille halando cerebrũ
Replet, & æthereæ prætexit nubila menti.

XLI.

Si scire velis an mul. &c.

Si liquidò cognoscere aues an nupta marito
Sit grauida, atq; vtero rude pōd⁹ fœmina gestet:
Fac incœnatæ iam iã dormitum & ituræ (tris
μελικράτε *Mulsæ poculũ aquæ crudũ exhibeas. vbi ven-*
πόσις. *Tormina senserit, hæc clausis perhibēda latebris*
ςρόφος. *Semina ferre: aberunt sin tormina, nec strophos*
σύλληψις. *Mordebit latebras, haud cōcepisse putãda. (alui*

XLII.

Mulier grauida, &c.

εὔχροια. *Prægnãs si qua marem concepit, suaue rubenti*
δύσχροια. *Grata colore nitet: contrà deformis inersq; est.*

XLIII.

Arist. 7. de nat. animalium cap. 3. & 4.

Si prægnanti mul. &c.

Quando vterum sacer ignis habet, prægnantis in aluo
ἐρυσίπελας
Elidi fœtum flama populante necesse est.

XLIIII.

Quæ præter naturam, &c.

λεπτότης ἡ *Quæ tenuis præter naturam est, inq; grauescit*
παρὰ φύσιν. *Suscipiens pondus, conceptum elidit abortu.*
Namq; habitũ refici pastu prius vbere oportet,
Quàm fœtu succos largè poscente grauetur.

XLV.

Quæ verò mediocriter,&c.

Affecta mediocri habitu quæ forte bimestrem
Excutiant fœtum sine caussa, quæue trimestrē
Externa & manifesta: illis cotyledones albi κοτυληδόνες
Plenæ mucoris nequeunt retinere natantem μύξης με-
Conceptū præ pondere, sed rumpantur oportet. σαί.

XLVI.

Quæ præter naturam,&c.

Præter naturam quæ crassa est, concipit ægrè. ἡ παρὰ φύ-
Nāq; huic os vteri præpinguia omēta coarctāt: σιν παχύτης.
Nec prius optato potis est grandescere fœtu, Sterilis ex
Quàm castigato consīdat ventre abdomen. omēti pro-
lapsu.

XLVII.

Si vterus coxæ adiac.&c.

In coxam vergens vterus cùm suppuratur,
Linamēta adhiberi tq; emmota carpta neces-
(se est.

XLIIX.

Fœtus mares quidem,&c.

Fœtuū mares vteri in dextra, in sinistra fœminæ
Magè gestari parte amant: quòd læua calida
(sint minus.

XLIX.

Ad secundas deturbandas,&c.

Vt secundæ procidant, immitte nari ptarmicū, τὰ ὕστερα.
Stringe & os naresq; : sic erūpet instar fulminis πταρμικόν.

Flatus,extrudetque pondus vtero inhærens cen globum.

Inculcatus Aphorismus.

Mulieri in vtero,&c.

Tenasmus grauidæ incidens puellæ

ἐκτρώσεις. *Flebiles solet excitare abortus.*

2.Epid.sect. 6. L.

Mulieri si velis menstr.&c.

Menstrua si cohibere velis, quam maxima mammis

ἀντίσπασις. *Apponenda cucurbitula est,infraue mamillas.*

LI.

Quæ ventrem ferunt,&c.

Conceptus indicium. *Os vteri clausum grauidis conniuet ad vnguẽ.*

LII.

Mulieri partum gerenti, &c.

Vberibus candens cui manat lacteus humor
Prægnanti,inualidum gerit & sine robore fœtũ:
Sin solidæ fuerint ac firmæ,sanior idem
Pullulat vt vegetis tenera à radicibus arbos.

LIII.

Quæ perdituræ sunt,&c.

Signa τῆς διαφθορᾶς τῶ ἐμβρύων. *Quæ corrupturæ sunt fœtus, vbera in illis*
Densa prius gracilescunt. quòd si denuo laxas
Contigerit durescere nutrices,dolor aut has
Aut coxã inuadet,flexus genuumue oculosue

Vret

Vret: at incolumi potis hac duescere partu
Haud metues triste morbosa puerpera abortũ.

LIIII.

Quibus os vteri, &c.

Os vteri compressum, at tactu molle, secundum μύσις, id est conniuẽtia, oris vteri.
Naturam affectũ est. namq; in conceptibus esse
Tale solet. sin durities asperque renixus
Exploratori digito sese offerat, vrens
Phlegmone & arctando illud cogunt forsè tumores,
Qui similes scirrhi gremium obsedere pudoris.

LV.

Quæ gestantes vterum, &c.

Fœta parens correpta febri, si fortiter absque
Caussa qua prophasis manifesta sit, extenuatur:
Discrimen subit, & pariendo enititur ægrè:
Sæpè & abortiuum facit, & luctatur acerbè.

LVI.

Si muliebri profluuio, &c.

Triste superueniens animæ defectio, triste ῥοῦς γυναικεῖος.
In fluxu spasmus muliebri.

LVII.

Menstruis abundantibus, &c.

Seu nulli seu plus iusto decedere menses
Consuerunt, morbos partem hanc malè habere necesse est.

LVIII

Flatus,extrudetque pondus vtero inhærens cen
globum.

Inculcatus Aphorismus.
Mulieri in vtero,&c.

Tenasmus grauidæ incidens puellæ
ἔκτρωσις. *Flebiles solet excitare abortus.*

L.

2. Epid. sect. 6.

Mulieri si velis menstr.&c.

Menstrua si cohibere velis, quam maxima
mammis
ἀντίσπασις. *Apponenda cucurbitula est, infraue mamillas.*

LI.

Quæ ventrem ferunt,&c.

Conceptus indicium. *Os vteri clausum grauidis conniuet ad vnguē.*

LII.

Mulieri partum gerenti, &c.

Vberibus candens cui manat lacteus humor
Prægnanti,inualidum gerit & sine robore fœtū:
Sin solida fuerint ac firmæ, sanior idem
Pullulat vt vegetis tenera à radicibus arbos.

LIII.

Quæ perdituræ sunt,&c.

Signa τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐμβρύων. *Quæ corruptura sunt fœtus, vbera in illis*
Densa prius gracilescunt. quòd si denuo laxas
Contigerit durescere nutrices, dolor aut has
Aut coxā inuadet, flexus genuumue oculosue

Vret: at incolumi potiùs hac ditescere partu
Haud metues triste morbosa puerpera abortū.

LIIII.

Quibus os vteri, &c.

Os vteri compressum, at tactu molle, secundum μύσις, id est conniuētia, oris vteri.
Naturam affectū est. namq; in conceptibus esse
Tale solet. sin durities asperque renixus
Exploratori digito sese offerat, vrens
Phlegmone & arctando illud cogunt forte tumores,
Qui similes scirrhi gremium obsedere pudoris.

LV.

Quæ gestantes vterum, &c.

Fœta parens correpta febri si fortiter absque
Caussa quæ prophasis manifesta sit, extenuatur
Discrimen subit, & pariendo enititur ægrè:
Sæpè & abortiuum facit, & luctatur acerbè.

LVI.

Si muliebri profluuio, &c.

Triste superueniens animæ defectio, triste ῥοῦς γυναικεῖος.
In fluxu spasmus muliebri.

LVII.

Menstruis abundantibus, &c.

Seu nulli seu plus iusto decedere menses
Consuerunt, morbos partem hanc malè habere necesse est.

LVIII

LVIII.

Ad recti intestini,&c.

στραγγουρία quorũ morborum sym ptωma. Singultus.

Recto intestino atque vtero patiente phlogosin,
Accedit stranguria: suppurato eademque
Rene molesta est: at iecoris trahit igneus ardor
Singultum comitem: tenuis quia neruulus ipsi
Insertus soboles neruorum est nobile ventris
Os amplexantum, qui grandes conspicuique.

LIX.

Si mulier non concip.&c.

Sterilitatis βάσανος.

Scire cupis sterilem num conceptura sit, audi.
Constitue in sella bene pannis vndique tectam,
Vtere suffitu, qui infernè ascendat. odorem
Quòd si sentiat ad nares per corpus euntem,
Coniugis hæc vitio sterilis culpaque mariti,
Ex se fœcunda & sobolem bene gignere sollers.

LX.

Si prægnanti,&c.

Ne mihi ne quisquam persuadeat vt bene sanũ
Embryon esse putem, prægnanti vbi menstrua currunt.

LXI.

Si mulieri purgationes,&c.

Menstrua cui cessant nullo accedente rigore,
Nulla febre, cibiq; aderunt fastidia: prægnans
Illa rudem fœtus fouet intra viscera massam,
Auditura parens olim materque beata.

LXII

LXII.

Quæ frigidos & densos, &c.

Vteri ad cõceptionem qui idonei, qui minus.

Quarũ vteri substãtia spissa & frigida multũ,
Concipere hæ nequeũt: nimioq; humore redũdãs
Exstinguit matrix geniturã: sicca calensque
Semina corrumpit, quia deficit vtilis humor
Pabula suppeditans genitali dulcia riuo.
At quibus inter se contraria sunt bene mista,
Vt crasis inde resultet σύμμετρος*: has ego rectè*
Dispositas pro suscipienda prole putabo.
Ergo dabũt sobolẽ numero & specie admirãdã.

LXIII.

Par est de maribus ratio, &c.

Aphorism⁹ παρεμβεβλημένος, falsus, absurdus.

Quid quòd & in maribus caussæ inueniũtur eædem?
Corpus .n. vel rarius est, ut spiritus extra
Euolet, ac semen nequeat transmittier intró.
Vel quia spissius est, prodire vt nesciat humor:
Vel quia frigidius, sic vt genitabilis humor
Nec fundi calefactus toto corpore, fusus
Nec coaceruari possit, qua parte necesse est:
Vel quia feruidius, quod semen torret & assat.

Lucretius libro 4.

Nam steriles nimium crasso sunt semine, partim
Et liquido præter iustum, tenuisque vicissim:
Tenue locis quia non potis est effigere adhæsum,
Liquitur extemplo, & reuocatum cedit abortu.
Crassius hoc porrò quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non tam prolixo prouocat ictu,

Aut

Aut penetrare locos æquè nequit, aut penetratum
AEgrè admiscetur muliebri semine semen.

Sequētes 9. ꝓgnostici.

LXIIII.

Lac præbere capite dol. &c.

Lac quibus non conueniat.

Quîs elata tument hypochondria, murmur & edunt: (get:
Quos capitis dolor, aut sitis, arida febris & ur-
Lac præbere malum: malū itē cui bile redūdat
Corpus, acuta febris quē vexat, sanguinis aluus

Quibus conueniat.

Cui multū excreuit. Sed quorū tabida marcēt
Membra phthoē, rari pulmonis ab ulcere, febri
Si tamen haud magna fliguntur, cōuenit illud:
*Nec min⁹ in longis *pauco & grassantibus igne*
Febribus, illa modò quæ suprà diximus, absint
Signa: idē & omnibus ex vsu est, præter rationē
Consumtis, caro quîs flaccet, pellesque residunt,
Depopulante habitum sicci squalore marasmi.

*βληχεοῖσι Gaza vertit *tussibundis*: videtur legisse βηχηροῖσι vel βηχώδεσι.

LXV.

Quibus tumores, &c.

σπασμός

Spasmus abest, insania abest, obsessa tumore

μανίη.

Vlcera cùm apparent: euanescente tumore,
Spasm⁹ adest, insania adest: vèrùm ille retrorsū

πλευρῖτις.

Cum tetano, antrorsum hæc, laterisq; dolor, lateralem &
Suppuratio quæ sequitur disrupta dolorem,

δυσεντερίη.

Radensque intestina dolor, fundensq; cruorem,

Præser-

Præsertim si œdemata sint perfusa rubore.

LXVI.

Si magnis vulneribus,&c.

Ingens malum, si nullus apparet tumor
In vulneribus quæ fortia
Et praua sunt: repulsus ad partem ruet
Fortassis humor nobilem.

LXVII.

Molles tumores boni,&c.

Molles boni, crudi mali tumores. Tumores præter naturam.

Aliter.

Incontenta bona, crudaq; contẽtaq; sunt mala. χαῦνα.

Vel.

Durum, resistens atque refractorium, ἔνσωμα.
Malum: quia crudum œdema, molle, laxius
Minimeque contentum, bonum: calore enim
Superfluum coquente mollescit tumor.

LXVIII.

Parte capitis posteriore,&c. Aphorism. θεραπευτικός.

Occiput dolentibus
In fronte recta incisa vena prodest.

LXIX.

Rigores incipiunt,&c. 6.Epidem. par.3.parag. 15.

Fœmina inalgescens tremulum quatiẽte rigore
Corpus, & in teretes sese insinuante lacertos,

Et molles

Rigores quur à dorso incipiāt.

Et molles stimulante humorū acredine neruos:
A lumbis magis incipere illum & repere sursū
Sentiet ad caput, & gelidū percurrere dorsum.
Sed neque vir, quoties rigor illi concutit artus,
Anteriora prius quàm posteriora lacessi
(Namque ferè à femore & cubitis πάθος incipit illud)
Deprendet, neruosa quòd hæc, venosa quòd illa,
Visceribusque calor regnet, volitantis & auræ
Igneus ille vigor, rubri neque copia desit
Sanguinis, in partes qui manans diditur omnes.
Rarior vnde cutis, minus & glabra, hirta magisque
Pectore quàm tergo est.

LXX.

6. Epid. partic. 6. parag. 11.

Qui quartana, &c.

Quartana lentis macerat quos ignibus,
Conuulsionis haud fere incurrunt malum.
Quin & prior si tentet hæc, & insuper
Accesserit illa, remedio febrilis est
Calor, coquendò humorem inertem & viscidū
Neruis inhærentem: ipse etiam salubriter
Crassum & tenacem excernet agitando rigor.

Aliter.

Quos lento coquit igne febris illa,
Quarto quoque die statis recurrens
Horis, frigore macerans & artus:

His

His conuulsio non timenda. Quòd si
Conuelli solitum hic febrilis algor
Corripit, medicina erit salubris.

LXXI.

Quibus cutis,&c.

Frustra sudorem qui frigidus est morituro
Exspectamus, vbi cutis arida, squalida, sicca
Circũtenditur: ast vbi rara & laxa, Charontis
Vuidus insiliet cymbam, & sudoribus ager
Ablutis nigrante in aqua Phlegethontis auari,
Purus ad Elysii serpet viridaria campi.

πλευτὴ ἄνευ ἱδρώτων.

LXXII.

Regio morbo laborantes,&c.

Auriginosi flatibus non admodum
Tentantur atque ructibus.

ἴκτηρος.

FINIS LIBRI V.

ANDREÆ ELLINGERI APHORISM. HIPpocratis Paraphraseos Poeticæ liber sextus:

prognosticus, vel περὶ τ͂ ἐπιγεννημάτων, id est, de his quæ sibi succeduntsiue potius περὶ τ͂ ἐπιγινομένων, id est, de iis quæ superuenire, sequi & interuenire solent.

APHORISMVS I.

In diuturna lienteria, &c.

λειεντερίη morbus: *Diuturna quos lienteria afflixit malè,*
ὀξυρεγμίη symptωma. *Si ructus acidus iis superuenit, bonum.*
Nam parua rudimenta, initiumque debile
Concoctionis ὀξυρεγμίη indicat.

II.

Quibus nares natura hum. &c.

ὑγρότεραι κράσεις. *Humidior genitura & nares humidiores*
Natura cui sunt, minus inculpabilis illi
Vitæ prosperitas, alienaque contigit omni
ξηρότεραι, κράσεις. *Labe valetudo. Verùm contraria si cui*
Adsunt, huic sanū mage corpus, nō ita crebris
Tentari quod amet morbis vdoque catarrho.

III.

In longis intestin. diffic. &c.

δυσεντερίη. *Praua dysenteria est, cui postquā tempore lōgo*
ἀποσιτίη. *Afflixit, tandem obrepunt fastidia ventris.*

Namque

Namque malum hoc, peiusque ubi febris & ipsa prehendit.

IIII.

Circumglabra,&c.

Vlcera circũglabra maligna, q affluit humor — Vlcera περιμάδεα.i. ἀνώμαλα, ἄτροφα, Philoth.
Prauus, pilorum defluit
Unde seges, tenuesq; cadunt de tegmine summo
Cutis porosæ squamulæ:
Vda cicatricem refugit caro hiantibus oris,
Et distinentur vlcera.

V.

Dolores lateris,&c.

Si latus aut pectus, vel pars quæcunque sit illa, — τῶν ὀδυνῶν διαφοραί.
Afflicta est aliquo quicunque sit ille dolore,
Quantus is, & quantum excellat, distinguere oportet.

VI.

Renum vitia,&c.

Vesicæ renumque malis vix ulla medentur — τὰ νεφρικά.
Putri in senecta pharmaca.

Vel.

In senibus vix sanantur multoque labore — ἐργωδῶς, id est magno negotio.
Renum & vesicæ vitia immitesque dolores.

VII.

Dolores ventris,&c.

ἀλγήματα μετέωρα.

Ventris dolor profundus aut sublimis est:
Hic leuior, ille fortior.
Sublimis (aut suspensus, vt vertit Gaza)
Partes peritonaeum supra
Lacessit: at profundus intra abdominis
Membranam ad ipsa viscera.

VIII.

Aqua inter cutem labor. &c.

Hydropicorum difficulter vlcera
Sanantur, vda quòd caro &
Praehumida, indui cicatricem haud amet
Hiantibus siccam labris.

IX.

6. Epidem. part. 2. paragr. 33.

Latae pustulae, &c.

Sunt lata, sunt acuta & exanthemata,
Sed lata pruriunt minus.

X.

Capite dolenti, &c.

κεφαλαλγίη. ῥύσις.

Caput dolenti & perdolenti, naribus
Pus, vnda, sanguis effluens,
Vel ore patulo, concauis vel auribus,
Soluit malam aegritudinem.

XI.

6. Epid. par. 3. parag. 33.

Melancholicis & nephrit. &c.

Nephriticis atraque bile percitis,

αἱμοῤῥοΐδες.

Cruenta quando haemorrhois

Acce-

Accedit, est bono: quòd atrum ſanguinem
Expurget hic fecem fluor.

XII.

Hæmorrhoidas, &c.

Niſi vna ſeruetur mariſca, cæteris Aphor. θεραπευτικός.
Curando conniuentibus:
Aquoſus albo languor ægrum corpore,
Aut lenta conſumet phthiſis.

Aetius cap. de hæmorrhoid. contrariam ſententiam defendit, & aliter recitat hunc aphoriſmum: Hęmorrhoidas ſananti inueteratas, ſi non adſeruetur, periculum eſt hydropem aut tabem ſuccedere. non enim dicit, ſi non vna fuerit ſeruata hæmorrhois ad ſanguinis excretionem: ſed dixit, ſi non adſeruetur, hoc eſt, ſi non conuenienti diæta vtatur. Quare iuxta Hipp. non oportet aliquam hæmorrhoidem relinquere, ſed omnes exſcindere, & poſt perfectam ipſarũ curationem, diætam adhibere conuenientem.

XIII.

A ſingultu, &c.

Singultus, accedente ptarmo, ſoluitur. λυγμοῦ θεραπεία πταρμός.
O pharmacum parabile!

XIIII.

Hydrope detento, &c.

Hydrope correpto vnda ſi defluxerit
In ventrem ab anguſtis viis:
Et conuenit perbellè, & elidit grauem
Morbum tumente viſcere.

XV.

Longo alui profluuio,&c.

ἀνάσπασις, i. curatio p reuulsionẽ.

Surſum reuelli lapſa deorſum conuenit.
Alui diuturnus ſic fluor,
Cum ſponte languens vomere cœpit, ſtringitur.
Ἔμετος διαῤῥοίην λύει.

XVI.

Pleuritide,&c.

περιπνευμονίη.

Malum diarrhœa anxia in pleuritide,
Anhela & in pulmonia.

XVII.

Ophthalmia labor.&c.

ὀφθαλμίη.

Bonum diarrhœa & ſalutare, humida
Vexante ocellos phlegmone.

XVIII.

Veſica pertuſa perſectaque,&c.

διακοπὴ quarũ partiũ lethalis.

Diſſecta cui veſica, cerebrum, cor, phrenes,
Tenue enteron, venter, iecur,
Lethale vulnus: ſi fides Hippocratis
Habenda diui oraculis.

XIX.

Cùm perſectum fuerit,&c.

διακοπὴ incurabilis.

Os, chartilago, neruus, & tenuis gena
Pars, tenſile & præputium,
Diſſecta nec augeri nec coaleſcere
Poſſunt: ſenis ſententia eſt.

XX.

Si in ventrem,&c.

In pus abeat necesse sanguis, cùm suo
Effusus in ventrem alueo est. ἐκπύημα.

XXI.

Insanientibus,&c.

Varix obortus, aut tumens hæmorrhois,
Insaniæ solutio. μανίης solutio.

XXII.

Quæ ruptiones,&c.

Quæcunque rupta ex dorso ad ancona fluunt,
His commoda venæ sectio est. ῥήγματα aliàs ἀλγήματα.

XXIII.

Si metus ac mœst.&c.

Mœstitia longo perseuerans tempore,
Inersque formido & timor,
Atram in vitio bilem esse manifestè indicant:
Melancholian Graii vocant. μελαγχολικῦ παθήματος σημαντικά.

XXIIII.

Si intestinorum quod,&c. Aphor. superfluè repetitus.

Perfecta si qua gracilis intestini erit
Substantia, insanabile est. σύμφυσις desperata.

XXV.

Erysipelas ab exter.&c. διαίρημα vniuersale.

ἐρυσίπελας. *Ignem sacrum intrò ferri ab extremis, malū:*
Foras ab internis bonum.

XXVI.

Quibus in febre ard. &c.

μετάστασις τῶ λυπούντων χυμῶν, id est, translatio humorū noxiorum.

**Delirio soluuntur ardenti in febri*
Si qui tremores accidunt.
*παρακοπὴ, id est parua dementia.

XXVII.

Quicunque suppurati, &c.

Aphoris. θεραπευτικὸς & χειρουργικός.

*Quotquot * secantur empyi aut hydropici,*
**Coquuntur aut cauteriis,*
Moriem subeunt omnino, si collecta aqua,
Pusque vniuersim fluxerit.
*τομή. *καῦσις.

XXIIX.

Eunuchi neque podagra, &c.

Simpliciter verus non est.

Expers podagræ, cui perennes verticem
Comæ flagellant, est spado.

Aliter.

Spadonibus podagra parcit leuibus;
Caluus nec vnquam fit spado.

XXIX.

Mulier podag. &c.

Et hic verus esse desiit.

Mulier podagra non laborat, ni prius
Defecerint huic menstrua.

XXX

XXX.

Puer podagra,&c.

Puer podagra non laborat antequam
Gnidi dominæ soluat sacrum. ἀφροδισιασμός.

XXXI.

Dolores oculorum,&c. 6.Epid. cō. 6.paragr.5.

Oculos dolentes potio sanat meri, ὀφθαλμίας
Fomenta sanant, balneum βοηθήματα
Venæque sanat sectio, sanat grauis πέντε.
Purgantis haustus pharmaci.

XXXII.

Balbi,&c.

Balbutit, & quæ prima Rhetoris, nequit
Proferre τραυλὸς *litteram:* τραυλοί.
Non miror equidem longus hunc vel maximè
Alui fluor si corripit.

XXXIII.

Acidum ructantes,&c.

Qui ructat acidū, huic morbus haud ferè latus ὀξυρεγμίη.
Dolore acuto verberat. πλευρῖτις.

XXXIIII.

Qui calui sunt,&c.

*Caluis tumenti in crure magnæ *varices* φαλακρό-
Emergere haud vnquam solent: της.

 *κιρσοί.

Sed fac oriri, flaua denuo his coma
Nudo recrescet vertice.

XXXV.

Hydropicis tuss. &c.

Quem vexat hydrops ventre lymphis turgido,
Si tussis accedat, malum.

Vel.

Corrupti vitio iecoris, quem vexat acerbus
Hydrops, malum si tussiat.

XXXVI.

Difficultatem vrinæ, &c.

Dysuriam quam phlegmone peperit, iuuat
Incisa vena in poplite,
Talove, rectam renibus qui subiacet
Locus secundum lineam.

Et hic suspectus aphor. est, ἐκ τῶν προσκειμένων, id est, ex adiectis. Galen.

XXXVII.

Angina correpto, &c.

Prog. sect. 3. *Bonum in cynanche si tumor collum tenet,*
Morbus foras conuertitur.

XXXIIX.

Quibus occulti cancri, &c.

κρυπτοὶ καρκίνοι. *Est tutius manum abstinere ab omnibus*
Quos cancer occultus premit.

Curando cancri exasperantur: abstine
Cancris ab occultis manum.
Nam melius est non tangere. curatos enim
Mors occupat celerrima.
Sed cura omissa, si malum demulseris,
Vitam trahunt diutius.

XXXIX.

Conuulsio, &c.

Spasmus vel ex penuria vel copia: σπασμός.
Singultus eodem fit modo. λυγμός.

XL.

Quibus ad hypochondrium, &c.

Nec ipsa febris non opem languentibus λύσις πόνω-
Est ferre visa, vt cùm dolor νων.
Quem lentus infarctu tenace humor creat,
Aut flatuosus spiritus,
Aut dyscrasia inaequalis, absque phlegmones
Ardore hypochondria obsidet.

Aliter.

Est & remedio febris ipsa hypochondriis
Supra ilia ad costas nothas,
Seu flatuoso tensa spiritu dolent
Ardoris aestu libera,
Siue humidi infarctus tenacis haec habet,
Intemperiesue anomalos.

XLI.

Quibus

Quibus ſuppuratum quid,&c.

χειρυργικός. *In parte ſi qua deliteſcens vomica*
Nulla indicia præbet ſui,
In vitio erit vel ipſa craſſities loci,
Vel ſpiſſa puris copia.

XLII.

Regio morbo laborant. &c.

σκίρρος ἥπατος. *Si fiat epar durum in ictero, malum:*
Nam ſcirrhus ægrè ſoluitur.

XLIII.

Qui lienoſi,&c.

σπλῆνες. *Sit ſplenicis dyſenteria ex vſu licet,*
Modum tamen ſi exceſſerit,
Seu durus hydrops molle decoquat iecur,
*λειεντερίη. *Seu tenſa * leuor occupet,*
Curuis & inteſtina in orbem anfractibus
Ducta: Atropos filum ſecat,
Metitur & veſpillo arenam funeri,
Non longiorem octo pedes,
Cineri ter iniecto & viator puluere
Abit, ſupremum addens Vale.

XLIIII.

Quibus a ſtranguria,&c.

ϛραγγυρίη. *Vrina [illegible]guttatim abit, ſi * voluulus*
*εἰλεός. *A[illegible], intra ſeptimum*

Mori

Mori diem necesse, ni febri super-
Veniente, larga copia
Erumpat vrinæ, omnis & labes mali
Decedat ægro corpore.

XLV.

Si vlcera, &c.

Vbi inueterata sunt & annua vlcera:
Necesse & os abscedere,
Cauas cicatricesque fieri: sordida ὑλαὶ κοῖν
Quod putrilago hæc exedat. quur.

XLVI.

Qui gibbi, &c.

Siue asthma siue tussis incuruet rachin,
Fiatque gibbus: antequam ὑβοὶ, κυφοί:
Pubescat, æquales & inter cursitet, Gal. 4. loc.
Anhela puerum mors rapit. aff. c. 5.

XLVII.

Quibus venæ sectio, &c. Aph. προ-φυλακτικός.

Quis conuenire medica venæ sectio φλεβοτομίη.
Videtur aut purgatio: φαρμακίη.
Hos vere purges, vere & his venam seces,
Summo eminentem corpore.

XLIIX.

Lienosis diffic. &c.

Pallentibus duro liene si ingruit σπληνώδεες,
Mordax dysenteria, est bono. lienosi.

XLIX.

Qui podagrici morbi, &c.

τὰ ποδαγρικά. *Podagra, postquam phlegmone deferbuit*
Intra quater denos dies,
Decedit: & quos sola nata lædere est,
Relinquit artus debiles.

L.

Quibus cerebrum, &c.

διακοπὴ τοῦ ἐγκεφάλου. *Mollis cerebri vulnerata essentia,*
Necesse febres consequi,
Vomitusque bilis: sympathia quod efficit
Cerebri stomachique mutua.

LI.

Qui valentes & sani, &c.

κεφαλαλγίη. ἀφωνίη. *Cui bene valenti subitus incidit dolor*
Capitis, statimque vox perit,
Mutusque stertit: septimũ intra exstinguitur,
Ni febre capiatur, diem.

LII.

Consyderare vel obseruare, &c.

προγνωστικός. ὑποφάσιες ὀφθαλμῶν. *Sed & oculorum in dormientibus tibi*
Suspectiones acriter
Considerentur, intuenti an candidum
Subluceat nigro, haud bene
Dum palpebrarum tegmen illos clauserit
Orbesque retegit luminum.

Quòd

Quòd nisi vel aluus in vitio soluta erit,
Et impotens huius fluor,
Vel efficacis pharmaci potus: malum,
Signumque lethale admodum.

LIII.

Deliratio vel desipientia, &c.

παραφροσύναι.

Deliria * *cum risu, magis secura sunt*
Quàm si qua * *seriò accidunt.*
Sunt omnium deterrima temeraria,
Periculosa & maximè.

*Cum quadam hilaritate insanientes. Cels.

*μετὰ σπουδῆς.

LIIII.

In morbis acutis, &c.

ἀναπνοαὶ κλαυθμώδεις.

Cùm luctuosum, quale sæpe infantia
Cùm plorat, æger pallidus
Respirat in morbis acutis cum febre:
Malum. quòd imbecillitas
Vel virium in vitio sit, aut affectio
Conuulsionis quæ sapit
Naturam, ab vstulante durities febri
Vel comparata musculis.

LV.

Dolores podagrici, &c.

Et vere & autumno podagræ maximæ
Grassantur ex parte improbæ.

Vel.

Podagra Bacchi Cypridosque filia,
Plerunque verno tempore

Mouetur

Mouetur autumnoque, & artus debiles
Dolore stringit flammeo.

Vel.

Autumno infestæ plerunque & vere podagræ
Artus dolentes macerant.

LVI.

Melancholicis morbis, &c.

μελαγχολικά. *Morbis ab atra bile in hæc pericula*
Decumbitur: apoplexiam,
παραπλῆγες *Spasmum, furorem, cæcitatemque indicat.*
ὑπὸ μελαίνης, Hipp. De morb. I. *Spissi suboles humoris hæc*
Pathemata, siue sit pituita, seu niger
Succus: manian sed excipe,
Quam sola bilis humor irritans creat,
Seu flaua siue nigra sit:
Pituita nunquam: quippe quæ stimulis caret,
Ignaniæ & somni parens.

LVII.

Apoplexiæ, &c.

ἀπόπληκτοι. *Apoplecti ab annis maximè denis quater*
Ad vsque sexagesimum
Fiunt, vt ætas alia tentari magis
Morbis aliis idonea est.

LIIX.

Si omentum, &c.

ἐπίπλοον. *Si qua per abdomẽ penetranti vulnere rupium*
Pars pinguis omenti excidit,
De re-

De reliquo putrefacta necesse est corpore saluo,
Praesecta ferro decidat.

LIX.

Quibus diuturno, &c.

Coxendicis quos longus afflixit dolor,
*His *coxa si excidat sua*
**Cotyle, & vicissim in hanc redit, mucoribus* ἰσχίων μῦξαι.
Cauum repleri ostenditur.

* τὸ ἰσχίον, coxa, caput femoris. *id est, cauitate, acetabulo.

LX.

Quibus longo, &c.

Diuturna ab ischiade quibus coxae natant
Vltro citroque lubricae:
His crura tabescuntque, laesi & claudicant, χωλείη τοῦ σκέλεος, id est claudicatio.
Ni ferro aduratur locus.

FINIS LIBRI VI.

ANDREÆ ELLINGERI APHORISM. HIPPOCRATIS Paraphraseos Poeticæ liber septimus:

Vniuersus prognosticus ἐκ τ͂ ἐπιγινομένων, id est, ex superuenientibus morbo iam aucto.

APHORISMVS I.

In morbis acutis, &c.

ψύξις ἀκρωτηρίων. *Extrema inalgescere in acutis, est malum,*
Dum viscera exurunt febres.

II.

In osse ægrot. &c.

Malum quoque ægrotante in osse liuida
γάγγραινα. *(Gangrænam enim notat) caro.*

III.

A vomitu, &c.

λύγξ. *Singultus a vomitu malum: malum rubor*
Flammata tingens lumina.

IIII.

A sudore, &c.

φρίκη. *Sudantem inhorrere, haud bonũ. natura enim*
Oppressa morbo dat manum.

Plaut. Asinar. Pro monstro repente est, quando qui sudat, tremit.

V.

Ab in-

Ab insania, &c.

Bonum a furore dysenteria, hydrops, ecstasis:
Salubris enim est metastasis.

τῇ μανίῃ σαλutariter superuenientia.

VI.

In morbo diuturno, &c.

Aph. 3. 6.

*Syncera malum deiectio, malum * cibi*
*Fastidia, * diuturnior*
Cùm morbus absumendo alentis humidi
Omnem penum, desæuiit.

ἄκρητος ὑποχώρησις. * ἀποσιτίη. * τῇ πολυχρονίῳ νόσῳ.

VII.

A multa potatione, &c.

Malum rigor, malumque desipientia
Ex liberali vsu meri.

τῇ πολυποσίῃ.

IIX.

A tuberculi, &c.

Rumpatur introrsum phyma, resolutio
Formidolosa erit comes,
Vomitusque, & animæ terribilis defectio,
λειποψυχίην *Graii vocant.*

τῇ ῥήξει φύματος.

IX.

A sanguinis profluu. &c.

Malum a rubri profusione sanguinis
Delirium & conuulsio.

τῇ αἵματος ῥύσει.

X.

Ab ileo, &c.

τῷ εἰλεῷ. *Ab ileo ſingultus & vomitus malum:*
Spaſmus malum, & delirium.

XI.

A pleuritide, &c.

τῇ πλευρίτιδι. *Malumque acutis a laterum doloribus*
Pulmonis inflammatio.

XII.

A peripneumonia, &c.

τῇ περιπνευμονίῃ. *Nec ipſa non malum phrenitis quæ comes*
Ardentis eſt pulmoniæ.

XIII.

Propter ardores vehementes, &c.

τῷ καύματι ἰσχυρῷ. *Potenti ab æſtu tetanus & conuulſio*
Malum: quòd omnis ſiccitas
Neruoſa ſimul obſedit, inſanabili
Languore corpus macerat.

XIIII.

Propter plagam, &c.

τῇ πληγῇ ἐς κεφαλὴν. *In capitis ictu* ἔκπληξις *& ſtupor malum.*

Aliter.

In capite plagam propter acceptam ſtupor
Malumque deſipientia.

XV.

A ſanguinis ſputu, &c.

τῇ αἵματος πτύσει. *A ſanguinis ſputu, malum ſi pus ſpuit:*
Hæmoptois quem tabida,

Vexans

Vexans anhelis spiritumque faucibus
Stringens, perimit segni mora.

XVI.

A puris sputu, &c.

Pulmonis insanabile vlcus excipit τῇ πύου πτύ-
Purisque sputum sordidi, σει.
Macies phthisis, fluorque labentis comæ,
Siue aluus humida: at simul
Infarcta anhelis sputa feruent bronchiis, Mortis mo-
Propinqua mors pulsat fores. dus tabe pereuntiũ.

XVII.

Propter iecoris infl. &c.

Singultus iecoris comes improbus inflammati. τῇ φλεγμονῇ ἥπατος.

Aliter.

Vbi epar ardente vstulatur phlegmone,
Singultus accedens, malum.

XVIII.

Propter vigiliam, &c.

Spasmus ex insomnia & delirium haudqua- τῇ ἀγρυπνίῃ.
(quã bona.

Aliter.

Conuulsio & delirium ex insomnia,
Symptomatum teterrima.

XIX.

Ab ossis nudatione, &c.

Symptoma prauum ab osse nudato sacer τῇ ὀστέου ψι-
Ignis: sed haud crebrò accidit. λώσει.

XX.

Ab eryſipelate,&c.

τῷ ἐρυσιπέλατι. *Malum putredo ab igne ſacro,feruida*
Malumque ſuppuratio.

Inculcatus Aphoriſmus.

τῷ ληθάργῳ. *Lethargicum tremore corripi malum.*

XXI.

A forti,&c.

τῷ σφυγμῷ ἐν ἕλκει. *Malumque,forti ab vlcerum pulſu,ruens*
Cùm ſanguis vbertim fluit.

XXII.

A dolore,&c.

τῇ ὀδύνῃ τῇ περὶ τὴν κοιλίην. *Malumque ſuppuratio,ventris loca*
Cùm longus afflixit dolor.

Aliter.

Si quis diuturnus ventris affligit loca
Obſeſſa phlegmone dolor:
Comes huic ſolet eſſe vndoſa ſuppuratio,
Niſi antè mors hominem occupet.

XXIII.

A ſyncera deieƈt.&c.

τῇ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει. *Expers aquoſi humoris aut flaua aut nigra,*
Syncera ſi deieƈtio
Præceſſerit,ſequatur ingens & dolor
Rodenſque dyſenteria: eſt malum

XXIIII.

Ab oſſis

Ab ossis vulnere penetrante,&c.

Deliria apprændunt, simul rupto patet τῇ διακοπῇ τοῦ κρανίου.
Capitis cerebrum tegmine.

XXV.

A medicamenti potione,&c.

A potione pharmaci cathartici, τῇ φαρμακοποσίῃ.
Lethalis est conuulsio. σπασμός.

XXVI.

Propter vehementem dol.&c.

Algor ἀκρωτηρίων *(extrema quæ sunt corporis)* τῇ ὀδύνῃ τῇ περὶ κοιλίην.
In dolore partium vehemente ventris, est malũ.

Aliter.

In ambitu si partium ventris dolor
Sæuit, malum frigescere
Extrema, pedes, manus, caput: quæ corporis
Dicuntur ἀκρωτήρια.

XXVII.

Si prægnanti, &c.

Prægnans abortit, si qua tenasmi mala τῷ τεινεσμῷ τῆς ἐν γαστρὶ ἐχούσης.
Differtur ægritudine.

XXVIII.

Siue os,&c.

Desperata αὔξησις & σύμφυσις.

Nec symphysis nec auctio speranda erit,
Cùm chartilago, neruus, os,
Abscissa hiulcis distinentur tractibus: τῇ ἀποκοπῇ solidarum partium.
Quòd membra sint ex semine.

XXIX.

Si leucophlegmatia,&c.

τῇ λευκοφλεγματίᾳ.

Cui corpus albo molle inundat phlegmate,
Fortis diarrhœa est bono.
Nam soluit hydropa inuenustum illud genus
Morbi, trahens crudum serum.

XXX.

Quibus spumosa,&c.

τοῖς καταῤῥοις ἀπὸ κεφαλῆς.

Alui in fluore excreta si spumant, caput
Mandans erit membrum illius.

Vel.

διαχωρήματα ἀφρώδεα.

Excrementa ferè canescunt oblita spumis,
In ventrem è cerebro cùm pituita ruit.

XXXI.

Quibus per febres, &c.

ὑπόστασις κριμνώδης.

Cui febrienti hypostasis
Vrinæ erit ceu crassior
Farina, non fallax nota
Durantis ægritudinis.

τῇ ἀῤῥωστίῃ μακρῇ.

XXXII.

Quibus biliosa sedimenta,&c.

ὑπόστασις χολώδης.

Sed biliosa hypostasis
Tenuisque summo in ambitu,
Acuti erit morbi nota.

XXXIII.

Quibus

Quibus diuersæ,&c.

Disiecta quis deductaque ἔρα διεπηκό-
Vrina salsa mingitur, τα.
Vehemens necesse in corpore
Existat his turbatio. ταραχή.
Natura enim ægritudini
Luctante, fieri non potest
Vnita ad æqualem modum
Mordacis vdi excretio.

XXXIIII.

Quibus in vrinis,&c.

Renum ferè morbum indicant πομφόλυγες.
Summo leues bullæ innatantes in sero.

XXXV.

Quibus adipalis superficies,&c.

At pingue quiddam in matulæ summo natans, ἐπίστασις ἀθρόη.
Idemque confertum, indicat
Renum dolores insuaues, ac pathe
Acumine haud carentia.

XXXVI.

Quibus renum in morbo,&c.

Acri sed ex renum dolore languidis, τῇ νεφρίτιδι.
Prædicta si signa accidunt,
Dolorque spinæ defatigat musculos,
Siue intus hic seu sauiat

Foris magis, quocunque erit dolor loco,
Abscessum in hoc speres licet.

XXXVII.

Qui sanguinem vomunt,&c.

ἔμετος αἵματος. *Quicunque sanguinem vomunt*
Si febris absit, commoda &
Salubris est excretio:
Sin cum febre accidat, malo est.
Refrigerantibus licet
Cures acerbisque haustibus.

XXXVIII.

Destillationes,&c.

καταῤῥοῖ ad pectus. ἐμπύημα. *Illapsa thoraci à cerebro, intra dies*
Viginti abire in pus solent.

XXXIX.

Aph. 80.4. Si quis sanguinem,&c.

τῆς περὶ κύστιν νόσου σημεῖα. τὸ περίναιον. *Cui sanguinem grumosque mingenti tepens*
Vrina guttatim cadit,
Imusque venter, pecten & scorti dolet
Intercapedo & arcta ani:
Vesicam, & huic vicina tentari loca
Morbis, nota est verissima.

XL.

Si lingua,&c.

μελαγχολικόν. *Si lingua fiat derepente incontinens,*
Et siderata corporis

Pars

Pars quæpiam stupore segni elanguit,
Bilis vitio nigræ euenit. ἀποπληκτοί.

XLI.

Si supra modum purgatis,&c.

Singultus effœto in sene haud signum bonum,
Hypercatharsin cùm excipit. ὑπερκάθαρσις.

XLII.

Si febris,&c.

*Febri medetur multa *aquæ profusio* 2.Epid.sect. 6.parag.37.
In verticem & nudum caput: *ἐμβροχή.
Febri inquam ephemeræ, haud aliis, quas putri-
Humor, vel inflammatio (dus
Creant, amarus ille siue sit niger,
Pituita siue candicans.

XLIII.

Mulier non fit ambid.&c.

Cous vt refert senex,
Fieri ambidextram fœminæ negatum. ἀμφιδέξιος.

XLIIII.

Qui suppurati,&c. Aph. 27. 6.

Empyi si vruntur, aut secantur, & pus fluxerit
Purum & album, euadere: at si subcruentum
ac fœtidum &
Feculentũ, exstingui & interire vi morbi solẽt.

XLV.

Quibus epar,&c.

Suppu-

Epatis suppurati vstio.

Suppuratum epar quibus vritur, albaque puris
Copia fluxerit, euadunt: iecoris quia salua
Est substantia, & in membrana delituit pus:
At pereunt si qualis amurca tale fluat pus.

XLVI.

Aph. 21. 6.

Dolores oculorum, &c.

Oculorum dolentium remedia.

Quaeso quid ex vsu e oculis, quos improb' vrget
Siue dolor siue inflammatio? balnea, vinum,
Sed calida illa frequenti iterata haud segniter (vsu,
Vltima caeruleaq; accedes sectio venae.

XLVII.

Apr. 35. 6.

Si hydropicum, &c.

ὕδρωψ.

Cui gelida intumuit suffusus venter ab vnda,
Desperata salus tussi vbi corripitur.

XLVIII.

Stranguriam, &c.

Stranguriae & dysuriae remedia.

Stranguriam dysuriamque sectio
Venae, meriquepotio
Soluit: sed incidenda vena est interior,
Quam monstrat affectus locus.

XLIX.

Aph. 37. 6.

Ab angina, &c.

κυνάγχη.

Angina guttur spiritus arctans iter,
Colore si distrinxerit
Pectus rubro, tumorque collum obsederit:
Bonum. foras nam repere

Praestat

Præstat latentem phlegmonen, præsentius
Quæ nulla mortales necat.

L.

Quibus syderatum,&c.

At tertium intra exstinguitur diem (ô citam Cerebri σφακελισμός.
Mortem atque ineuitabilem!)
Cui molle corrumpi cerebrum contigit,
Sphaceloque corrodi putri.

LI.

Sternutamentum,&c.

Quæ caussa ptarmi quove gignitur modo? Sternutamentum.
A capite sternutatio
Fit omnis, incalescit ille sensuum
Cùm fons cerebrum nobile,
Aut humor irrorat quod est inane ibi.
Nam qui intus est aer, foras
Erumpit: at strepitum ciet, quòd exitus
Ipsi per angustum datur.

LII.

Quibus iecur,&c.

A flatuoso spiritu quibus iecur
Insigniter tensum dolet:
His febris accedens dolorem mitigat.
Morbi medela morbus est.

LIII.

Quibus conducit,&c. Aph. 47.

Quis

Quis sanguinem tereti extrahi vase expedit,
His vere detrahendus est.

LIIII.

Quibus inter, &c.

Phlegma conclusum inter diaphragma & [ven]ticulũ.

Cui pituita locum phrenas inter ventriculumq;
Occupat, & conclusa dolorem gignit, vtrinque
Nescia deuolui: (neq; .n. sursum via strata est,
Nec deorsum patet exitus) imi lubrica ventris
Antra per illabens venis conuertitur illuc,
Quo fluitantis aquæ salsus velut imber in alueo
Colligitur: tũ morbus abit, dolor omnis & ægrũ
Linquit, & vrina mistos natura liquores
Euehit. occultas etenim robusta recludit
Interdum natura vias, dum noxia purgat.

LV.

Quibus iecur, &c.

ὑδατώδες in epate ruptę.

Quibus epar vnda plenum in omentũ eruperit,
His ventris illa inanitas
Vnda repletur, ac ferè exstingui solent:
Sunt qui manent superstites.

LVI.

2. Epid sect. 6. parag. 22.

Anxietudo, &c.

φρίκη. χάσμη. ἀλύκη.

Horror, oscitatio,
Et anxietudo, par pari merum vnda,
Soluit ægritudinem,
Mixtumque & ingestum: euporiston illud
Pharmacum & parabile est.

Adscho-

Ad ſchol. Galeni.

Quî potes eſſe bonus Medicus, diuine Galene,
Cũ tibi Ariſtophanes, pater & ſit lect⁹ Homer⁹,
Cum te Grammatici ſermonis cura fatiget.
Si quia nemo pôteſt Medicus bonus eſſe, Latini
Ni ſit ſermonis Graiique rudis, bonus haud eſt
Nec Medicus Linacer, nec tu docte Manarde.

LVII.

Quibus in meatu vrin.&c.

Supra Aph. 82.4.

Olidum in meatu vretico tuberculum
Generatum vbi in pus verterit,
Rupto hoc dolor ſedatur, iterumq; exilit
Salſi liquoris riuulus.

LIIX.

Quibus cerebrum,&c.

Concuſſo cerebro ex aliqua, quæcunque ſit illa, σεισμὸς ἐγκεφάλου.
Cauſſa, priuari voce neceſſe hominem. ἀφωνία.

LIX.

Corporibus humid.&c.

Inducenda fames cui mollior humidaque algæ Contrariis contraria.
Eſt ritu caro. nam ſiccant ieiunia corpus.

Aphoriſmi duo inculcati.

I.

Si febre,&c.

Aph. 40.4.

Si febre correpto imminet periculum
A ſtrangulatu in faucibus, πνίξ.

Repente

Repentè deglutire & æger non queat
Aut vix queat, nec vspiam
Foris tumor se prodit: haud euaserit,
Fractus velut laqueo gulam.

II.

Si febri detento, &c.

Aph. 35. 4.

Intorta si cui colla per febres rigent
Vt deuorare non queat,
Nec vllus in ceruicibus sedet tumor:
Superstitem haud credas fore.

LX.

Aph. 40. 4. Vbi toto corpore, &c.

Longi morbi σημεῖα. *Mutatur omne corpus, & modò calor,*
Modò frigus acre detinet,
Et altus ex alio calor fit: quid nisi
Longum fore morbum nunciat?

LXI.

Aph. 42. 4. Sudor multus, &c.

Sudor vbi assiduè multus frigensue calensue
πλησμονὴ ὑγροῦ. *Manat, abundantes in onusto corpore succos*
**Detrahe, robustis supra, non fortibus infra.*
*τὸ ἀπάγειν.

LXII.

Aph. 43. 4. Febres quæcunque, &c.

πυρετοὶ μὴ διαλείποντες. *Tertio febris die si quoque fit vehementior,*
Nil remittens, est periculosa: quoquo autē modo
διαλείποντες. *Fregerit sese, remittens, nil creat periculi.*

LXIII

LXIII.

Quibus febres,&c. Aph. 44. 4.

Humor in articulos decumbere, phyma & hinc φύματα ἐς
Consueuit in longa dolorq́; febri. (oriri ἄρθρα.

LXIIII.

Quibus tubercula,&c. Aph. 45. 4.

A febre cui dolor & tubercula ad arthra laxa
Cibum vorat ille copiosiorem. (fiunt,

LXV.

Si quis febricitanti,&c.

Qui sanis robur, morbum is languētibus auget. τροφὴ ἰσχύς.
Lædit enim, quæ non corpora pura, cibus. τροφὴ νοῦσος.

LXVI.

Quæ per vesicam,&c.

Qualia sint mollis vesicæ abeuntia ventre, διαχωρέοντα διὰ τῆς
Inspice. nam sanis ea respondentia laudes, κύστεως.
Seu minimè morbosa: sed his contraria culpes,
Multumque ex omni sanis distantia parte.

LXVII.

Et quibus deiectiones,&c.

Alui resideant fusa diachoremata, ὑποχωρήματα.
Immota stentque fac. vbi animaduerteris,
Strigmenta veluti subsidere, pauca si
Sint, ipse morbus paruus est: sin plurima,
Magnusq́; multusq́ue ille. Quare ex vsu erit,
Subducere aluum his, antequam rophemata

Des.

Des. quanto enim, quæ pura non sunt, corpora
Plus nutries, tanto magis illa offenderis.

Aliter.

Deiectiones vbi resederint, vide
Strigmenta, multa an pauca fundo inhæreant.
Nam multa magnum, pauca paruum prodere
Sunt nata morbum. In vtroq; subducenda erit
Purganda & aluus, antequam rophemata
Assumat æger. stante enim alui illa illuuie,
Quo plus ciborum deuorarit, hoc magis
Lædetur, & suum ipse morbum nutriet.

LXIIX.

Quibus deorsum, &c.

ὠμὰ διαχωρέοντα.

Cruda quibus subeūt nigræ haud expertia bilis
Deorsum, multa quidē maiorē, pauca minorē
Sunt argumento nutriri in corpore morbum.

LXIX.

Aph. 47. 4.

Excreationes in febribus, &c.

Cruenta, liuida, biliosa, fœtida,
In febre si quis continua screat, malum:
Sin morbidis quacunque parte corporis
Vesica & aluo prodeant bellè, bonum.

LXX.

Aph. 9. 2.

Corpora vbi quis, &c.

εὔροα ποιεῖν.

Corpora quà purgare voles, fluida antè necesse
Efficias. suprà nam si placet, inferiorem

Aluum

Aluum sistes: sin infrà, humectabis eandem.

LXXI.

Somnus & vigil. &c. Aph. 3. 2.

Et vigilare nimis, nimium indulgere & inerti
Somno caue: morbum parit.

LXXII.

In non intermitt. &c.

Febris habet non intermittens, exteriora Aph. 4. 4.
Algeo, & interiora exuror, & asperafauces ψύξις ἀκρωτηρίων in febre cõtinua.
Excruciat sitis. O liceat mandata dare, atræ
Circum oculos mortis volat aduectantis imago.

Lucretius.

Nec nimio cuiquam posses ardore tueri Signa pestilentiæ.
Corporis in summo summam feruescere partem,
Sed potius tepidum manibus proponere tactum.

LXXIII.

In febre non interm. &c.

Suprà 4 lib. aphor. 49.

LXXIIII.

Albæ pituitæ, &c.

Alba per vniuersum (*mentē*, λευκοφλεγματία.
Corporis dispersa habitum, hydropa creat tu-
Quæ pituita fertur
Crudior sanguis iecoris frigiditate nascens.

LXXV.

A diarrhœa, &c.

Ex diarrhœa dysenteria.

Morbi alios alii comitantur sic trahit alui
Profluuium comitem sæpe dysenteriam.

LXXVI.

Dysenteria, &c.

Ex dysenteria liēteria.

Sæpe dysenteria & leuorem anfractibus afferi
Intestinorum, denique & interitum.

LXXVII.

Ab sphacelismo, &c.

σφακελισμός.

Abscedāt sphacelo caro & os corrupta necesse ē.

LXXIIX.

A sanguinis vomitione, &c.

Sanguinis à vomitu phthisis & purgatio puris
Supra: fluxus & à tabe in vētrem à capite: alui
Profluuiū à fluxu: hinc sursum procedere suet a
Ex thorace per os purgatio stringitur: vnde
Mors animā elidēs sequitur pulmonibus ægris.

LXXIX.

Qualia, &c.

ὑποχωρήματα κατὰ κύστιν, κοιλίην, σάρκας.

Qualia sunt alui aut vesicæ, elisaque carnes
Excrementa per ipsas contemplabere: corpus
Sique alibi a natura excedat: namque minorē,
Si minor excessus: si maior, deteriorem
Morbum significat: lethalem, vbi maximus
vrget.

FINIS LIBRI VII.

APHORISM. HIPPOC.
LIBER OCTAVVS,
a Brasauola collectus.

APHORISMVS I.
Qui supra quadraginta,&c.

Vitâ quater denos constanti ætate per annos
Cui breuis exacta est, si quem furiosa phrenitis φρενῖτις.
Mente quatit: frustra sanari postulat æger.
Nam malè conueniunt bilis praferuida, & atas ἡλικίας τῷ παρ-
Declinans, fracto & natura remissior æstu. ακμαστικῇ.

II.

Quibus in morbis,&c.

Lacruma sponte cadēs in morbis, præter & ægri δάκρυα ἄνευ
Consilium, culpanda venit. prognostica confer, προαιρέσεως.
Non fugiet ratio dicti monstrante Galeno.

III.

Quibus in feb. quar.&c.

Naribus algente in quartana flumine largo
Purpurei manans sanguinis vnda, malum.

Aliter.

Quarto quoque die, lenio quem macerât igne
Febris, si gemina stillantem e nare cruorem
Videris, euentus frustra est sperare secundos.

IIII.

Sudores,&c.

ἱδρῶτες. *Sint crisimæ luces: salsus tunc perluat humor*
Effluxu celeri & vehementi membra, sed ipsa
Exsiliens mage fronte, & guttis grandibus act⁹,
Idem & frigidus & multus: præsagiat ingens
Arte licet medicus sed diuinante periclum.
Vis etenim & labor vtraq; maxima significan-
Rorantem nimio pressu elidentia succũ. (tur

V.

A longo morbo,&c.

κοιλίης καταφορή. *Sit chronicon pathos, & stomachi sic langueat*
vsus,
Vt penitus resoluta & debilis esse facultas
Concoctrix videatur: abest bona spes, tacitoque
Præscia venturi mussat Medicina timore.

VI.

Quos morbos medicamenta,&c.

φάρμακον. *Quæ mala nullius sanantur pharmaci ab vsu,*
σίδηρος. *Par est illa seces vrasque: secando, vrendo,*
πῦρ. *Persanantur enim. Sed quæ neq; Mulciber ille*
Scit sanare Deus, neque ferri plaga secantis,
Incurabilia hæc stolidis tractanda relinquas.

VII.

Tabes,&c.

φθίσις. *Attigit ætatis ter sextum hic annũ adolescens:*
Ter duodenos sed iuuenis nondum ille Decẽbres
Impleuit: moneo tabem formidet vterque.

VIII

VIII.

Quæ secundum,&c.

Sunt duo, morbus & æger: vtrique aut discre- φύσις.
pat aer,
Aut disconuenit: vt iuuenem si torrida febris
Æstate affligit, mage securi esse iubemur, Aph. 34. 2.
Quàm si hyeme inuadat: quãuis innoxius aer
Mensibus æstiuis neque spiret febricitanti,
Nec per aquosam hyemem quem vexat turgi-
dus hydrops.
Est enim vbi morbo fauet, est vbi diffidet aer.
Cunctis præpollet vindex natura, mederi
Siue opus est morbo, bene sanum siue tueri
Corpus. Sic vbi morbosi symptomatis vrget
Habentem metus, vt si cui phthisis arida letum
Intentat, prono rapiturque huc impete, cunctis
Dispositis membris: natura valentior arte est,
Tollendo maciem licet indefessa laboret.

IX.

Lingua nigra, &c.

Cur ægro metuam? si nec nigra lingua, nec vdo Prognosticon ex lingua.
Sanguine sit suffusa, mali vehementia certè
Nulla, nec iniecta funus pollinctor arena
Teget, aut mœsto repetetur nænia cantu.

X.

Hæc quidem,&c.

Signa prognostica.
Hæc in acutis febribus obseruanda medenti,

Siue salus siue interitus letumque propinquat.

XI.

Testis dexter,&c.

ἐκ τ̃ διδύ-μων. *Nã didymωn dexter frigens sursumq; retract*
Pulla senis iamiam designat carbasa nautæ.

XII.

Vngues nigri,&c.

ἐκ τ̃ ὀνύχων καὶ δακτύ-λων. *Sic neque lethæas longè abfore nunciat vndas,*
Algens siue pedũ digitus,cõtractus,& ater, (ris.
Siue vnguis nigricans,symptωmata plena time

XIII.

Præ se ferunt,&c.

Nec digitorum extrema tibi non frigida mortẽ
Portendunt,vitæq; breuis breuiorem vsuram.

XIIII.

Labia,&c.

ἐκ τ̃ χειλέ-ων. *Frigida me terrent labia & frigentia,terrent*
Inuersa & resoluta,grauem minitantia casum.

XV.

Si oculi,&c.

ἐκ τ̃ ὀφθαλ-μῶν. *Caligant hebeti tenues mihi lumine visus,*
Pupulaque obtusa languet iners acie,
Lucemque auersantur,& ignis viscera torret,
Membraque lethæo cuncta sopore stupent.

Quam

ã spẽ iatre foues? nullam.morietur.n.æger,
Et gelido gelidam funere planget humum.

XVI.

Siquis sensim rab.&c.

i sensim rabies accensa bile tumescit, (dit: ἐκ τῆς δ[ια]νοίας.
ec quicquam sapit aut cognoscit,nil videt, au
e manꝰ morbo dat vtrasq;, Acherõtaq; pulsat.

XVII.

Morituris,&c.

mque vale mundo dicturi signa tumente ἐκ τ̃ κοιλιω̃ν.
lant ventre inflatoque: calor quia corpore nūsquam
m reliquus,cessantq; opera,ergasterion alget.

XVIII.

Terminus,&c.

erminus hic mortis,partes cùm deserit imas θάνατος.
Natiuus calor, & supra inguina & omphalon omnis
ursum agitur,supraq; phrenas vitalia propter
ollectus feruet, reliquumque humoris in ipso
iscere depascens,pulmones haurit & vrit.
Tum labefacta æstu, magnũ spirare frequensq;
Coguntur,totumq; caloris spiritum in auras
Reddunt:hinc totum in toto consistit,hiantes
Perq; poros cutis & capitis spiracula cedens,
Quicquid id ẽ vulgò quod viuere dicimꝰ, omne
Destituit corpus,simulacrũ & inane relinquit

Frigidulūq;, animæ fuerat quod capsula. præter
Sanguinem enim & carnem & pituitam, bilem & vtramque,
Nil hominis cernas: terræ hæc debentur alūnæ.

FINIS LIBRI VIII.

EPILOGVS.

Hoc clausit sua fine oracula Cous Apollo,
Delphica quîs sanus nunquā ego prætulerim.
Principium vitæ est breuis illa, βίος βραχύς ἐστι:
Clausula mors vitæ finis, ὅρος θανάτου.

PARAPHRASEOS APHORISMORVM HIPPOCRATIS FINIS.

APHORISMI

I.	Sectionis	XXV.
II.	Sect.	LIIII.
III.	Sect.	XXXI.
IIII.	Sect.	LXXIX.
V.	Sect.	LXXII.
VI.	Sect.	LX.
VII.	Sect.	LXXIX.
VIII.	Sect.	XIIX.

Summa 418. Aphorismi.

IOAN-

[I]OANNI POSTHIO [P]OETÆ LAVREATO, ET Illuſtriſſimi Francorum Ducis Archiatro, V. C.

ANDREAS ELLINGERVS S.

[E]cquod operæ, archiatre, pretium fecerim
[P]OSTHI, o Deo Muſiſque dilectiſſime,
Rarumque ſecli & ordinis noſtri decus,
Vſque repetendo & vſque cantando aureas
Summi medicorum Hippocratis ſententias
Paruis lyræ magnaſque tenuando modis:
Cùm durus ille conditor ſectæ nouæ,
Noſtrique ſecli Theſſalus, fandi ſibi
Qui nomen a diuinitate ſcilicet
Impoſuit ipſe, os tantùm, & id quidem nigris
Sparſum fauillis, fœdam olenſque putidis
Mephitin halantem à malefici ſordibus
Seu ſtimmeos, ſeu quid mage hoc ſit peſtilens:
(Quando obſoleti vruntur in fornacibus
Tecti venena, & præparantur, Iupiter,
Laborioſè & doctè, & in morem nouum)
Vno ore damnet priſca quotquot ſecula
Tulere, quotquot noſtra Medicos, vnius
Nec aſſis omnes Philoſophos propè æſtimet,
Siue auctor omnis ſit boni ille Hippocrates,
Siue huius interpres Galenus, ſeu ſcholæ
Antiſtes Arabum, Corduba quem principem
Dixere,

Dixere, Auicenna, seu vetustior Rhasis:
Seu mutuati qui sua ex Hippocrate
Principia de ortu rerum & interitu Plato
Magni Stagiritesue Alexandri catus
Magister. adeò scire sese vnum omnia,
Et scire Physicen, scire sese Iatricen
Sibique persuadet, sibique postulat
Credi nouæ Paracelsius auctor hæresis.
Ecquod operæ facturus aut pretium tibi
Videatur, aut fecisse, Posthi candide,
Quisquis manu versare nocturna senis,
Manu diurna scripta Coi sustinet
Viri sapientum Græciæ clarissimi?
Ingens profectò. Quanquam enim nec Zoilus
Suus parenti vatum Homero, nec suus
Conuiciator defuit Agamemnoni,
Turpissimus Graiûm omnium Agrio satus:
Nec arrogantis barbara olim Thessali
Non ausa lingua est, placita diui Hippocratis
Conuellere, immanique rostro in morem apri
Hortos subigere Asclepiadûm scientiæ
Pulcherrimos, fontesque polluere sacros,
Inter nitentes artis & sulcos mala
Contagia serere & venena dogmatum:
Tamen suus tot seculis lapsis honos
Et durat æternumque durabit, dies
Nec vlla potis est horum abolere gloriam,
Existimationis & fructum bonæ:
Dum scelere tantùm noti & infames suo
Mastix

Mastix Homeri impurus ille Zoilus,
Linguaque Thersites proterua fulminans
In principes, Hippocratisque Thessalus
Calumniator hæresisque illa improba
Vt verna florum amœnitas exaruit
Perusta sole veritatis lucidæ.
Hoc fatum & idem interitus & tuam manet
Doxomaniam, ô qui immerentibus male
Dicis Cacophraste, & tuam spagiricen
Artis ministram, nec tuum inuentũ tamen,
Vt imperatricem atque reginam coli
Ab vniuersis postulas, illimis &
Præclara veterum dogmata sapientiæ
Tot seculorum roborata maximo
Consensu, opaca nube fumantis tuæ
Sepulta & oppressa penitus sophistices
Cupis. Equidem harum ineptiarum sum satur,
Teratologiæque tædet huius me ac piget
Iampridem, vt eliquationibus suum
Sane locum relinquam in ergasteriis.
Nam malo tritum & artis elegans iter,
In quo ambularunt principes viri, ingredi,
Vel prisca quos tulere secla, vel recens
Effudit ætas: veneror inter principem
Quos Leonicenum, primus ausus fontibus
Qui docta Graiis admouere ora, & boni
Ipse auctor exempli excitare cæteros
Ad elaborandum similia, purior
Quò flueret artis riuus & salubrior.

Totius

Totius. Hos secuti in orbe plurimi
Sunt & Latino Ibericoque & Celtico
Et bellicoso Teutonum: quorum decet
Vestigiis niti medentium chorum,
Nugasque ridere atque inepta somnia
Et a inuenusta. Quotus enim quisq; omnium
Qui sobriè mysteria artis vel patrum
Ætate tractauere vel nostra, rudis
Sic mirificæ illius scientiæ fuit,
Concreta quæ liquando subtilem extrahit
Cœlo fluentis quintæ odorem essentiæ,
Vt non vel arido latentem in pumice
Elicere succum vrentia atque balsama
Posset? Sed vni non tamen Chymicæ omnia,
Vt thaumaturgos ille, tribuêre. est suus
Locus, suæ sunt operæ & efficax satis
Huic famulæ in augusta Æsculapii domo
Ministerium: sed a domina abstineat velim
Linguam manusque, obnoxia huic & seruiat,
Et imperata faciat, haud ipsa imperet:
Vt ipsa naturæ ars ministra obtemperat,
Quòd sola princeps dignitate ipsam quoque
Excellat artem, vt huic famulantur cætera,
Ceu rhizotomos & botanologos, & mollia
Vnguenta concinnans, coquensque pharmaca,
Cataplasmata admouens, cutemque diuidens
Scalpello, & applicans cucurbitas, secans
Nouacula, candente & vrens lamina,
Clystere recrementa & alui proluens,

Et ipsa perbella illa Chymice, quæ sibi
Vel principem materfamilias ceu locum
Fastu insolente vendicat famula procax,
Ipsam lacessens scommatibus salsis heram,
Vt lingua serui pessima est pars. At mihi
Cordi aureum flumen tuæ sapientiæ,
O magne Diuos inter habite Hippocrates,
Cui fuit Athenis consecrata ara Atticis.
Tua incitatus laude, qua celebrior
Est nulla, numeris an coirent molliter
Responsa quæ tu consulentibus dabas
Omnem per Hellada, experiri ausus fui,
Vsura vacui si qua temporis breuis
Mi suppeteret, huic scriptioni destinans.
Hoc vigiliarum quantũ & operæ est, (nã sine
igilantia & labore quis reconditas
criptoris explanauerit sententias
rauissimi, Romana & induerit toga?)
uris FICHARDO *vtriusque consultissimo,*
ui vera cordi religio, verum decus
taminatæ lucis eius, cui salus
rdi suorum incolumitasque ciuium est,
ancæque gentis, omnibus fastigia
digna qui decerpit a virtutibus,
icare volui, tutus hoc vt vindice
odiret in lucem libellus, seculi
uderet & Musis iniqui spernere
dicia, cæcæque inuidiæ morsus truces.
Te verò amicum vtriusque nostrum, cæteros

Et prater vnum intelligentem maximè
Rerum harum, & artis omnium illustrissimæ
(Auctore eodem dixerim quod Hippocrate)
Cum laude multa & gloria exercentem opus,
Appello & oro. si quod operæ existimer
Fecisse pretium hanc elaborando rudi
Descriptione versuum paraphrasin,
Abstrusa nec vertisse sensa incommodè
Cati senis: (argumenti enim genus vides
Splendoris illud haud capax, verborum inops,
Rerumque abundans varietate & copia
Lectissimarum: agnoscis haud suum dari
Campum poesi hic liberæ, esse terminos
Metasque, veri fonte ab ipso Hippocrate
Fixas, religio transilire quas mihi.
Nam veritas sententiæ fuco procul,
Procul calamistris dædalæ facundiæ,
Fas est opinor sola regnet hic, sua
Se dignitate ipsámque commendet) tuum
De rebus his quod iudicium, (qui nostri amor
Tuus, studiumque de bonis est omnibus
Tuum merendi) calculo assensus tui
Hæc dona firmes, maximo vni vt omnium
Meorum amicûm accepta sint magis. VALE.

IN HIPPOCRATIS APHORISMOS A PRÆstantissimo viro Dn. D. ANDREA ELLINGERO, Medico & Poeta celeberrimo, carmine redditos, IOANN. POSTHIVS M. D. & P. L.

Elysiis iterum si fortè rediret ab oris
Hippocrátes, medici gloria prima chori;
Et sua Romanis oracula versa camœnis
Aspiceret, tali solueret ora sono:
Hos legite, hos medici numeros ediscite, nostri
Quos Ellingeri candida musa dedit.
Carmina nempe animis infixa tenacius hærēt:
Hincq; adeò scriptis lux venit ampla meis.

CORNELII CELSI

ALIQVOT APHORISMORVM HIPPOCRATIS LATINA CONuersio: quæ vice Paraphraseos & ἐξηγήσεως alicubi esse poterit. Simul & illud apparebit, verissimũ esse quod Manardus contra Leonicenum defendit, Celsum optimum Hippocratis interpretem esse.

PRIMÆ SECTIONIS

Ad Aphor. I. πεῖρα σφαλερή.

Celsus in proœmio: Aliquando tamẽ morbus quoque ipse nouus est: sic vt nobilissimi Medici neque genus mali neque remedium inuenerint. Quos ego ideo nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari coniectura sua voluerit, ne occidisse, nisi seruasset, videretur.

Sed & ægrum & exteriora] Cùm verò semper ægros securos agere conueniat, vt corpore tantùm, non etiam animo laborent, tum præcipuè vbi cibum sumserunt. Atque si qua sunt quę exasperatura eorum animos sunt, optimum est ea, dum ægrotant, eorum notitiæ subtrahere. 3. lib. cap. 5.

Vitandaque omni modo caussa quæ lacrymas excitet, curaque domesticorum: quorum

quorum etiam si quid tale incidit, eius noticiæ subtrahendum. lib.6.cap.6.

Ad Aphor. II.

Inspicere igitur oportet & regionem] Quin etiam confert aliquid & ætas & corpus (*id est habitus corporis*) & vitæ propositum, & anni tempus, &c. lib.5.cap.26. *Vide infrà Aphor.* 17.

Ad Aphor. III.

Ergo si plenior aliquis & speciosior & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Quæ quia neque in eodē habitu subsistere, neque vltrà progredi possunt, ferè retro quasi ruina quadam reuoluuntur. lib.2.cap.2.

Ad Aphor. IV.

Quò minus etiam probari Heraclidis Tarentini curatio debet, qui primis diebus ducendam aluum, deinde abstinendum vsque in septimum diem dixit. Quod vt sustinere aliquis possit, tamen etiam febre liberatus vix refectioni valebit. Adeò, si febris sæpius accesserit, concidet. 3.lib.cap.15.

Aphor. V.

Non potest vehementi malo nisi æquè vehemens auxiliū succurrere. 2.lib.cap.11.

Aphor. VI.

Neque inter magnos dolores, vt neque increſcente morbo, tutum eſt ægrum cibo impleri, ſed vbi inclinata iam in melius valetudo eſt. 3.lib.cap.6.

Aphor. IX.

Dum vires ſuperſunt, dari non oportere: ne deficerẽt, conſulendũ eſſe. lib.3.cap.4.

Ægri vires ſubinde Medicus aſſidens inſpiciat, & quamdiu ſupererunt, abſtinentia pugnet: ſi imbecillitatem vereri cœperit, cibo ſubueniat. Id enim eius officium eſt, vt ægrum neque ſupervacanea materia oneret, neque imbecillitatem fame perdat. Ex his autem intelligi poteſt, ab vno medico multos non poſſe curari: eumque (ſi artifex eſt) idoneum eſſe, qui non multum ab ægro recedit. Sed qui quæſtui ſeruiunt, quoniam is maior ex populo eſt, libenter amplectuntur ea præcepta quæ ſedulitatem non exigunt, vt in hac ipſa re. Facile eſt enim dies vel acceſſiones numerare, his quoque qui ægrum rarò vident: ille aſſideat neceſſe eſt, qui quod ſolum opus eſt, viſurus eſt, quãdo nimis imbecillis futurus ſit, niſi cibum acceperit. 3.lib.cap.4.

Adeò tamen nihil perpetuum eſt. Sed ſemper pro viribus corporis æſtimandum, vt imbecillitas cibum etiam protinus facere neceſſa-

necessarium possit, *tenuem scilicet & exiguũ, qui tantùm sustineat.* lib. 5. cap. 36.
In morbo qui plus virium aufert, celeriùs cibus dandus est. lib. 3. cap. 4.

Aphor. XI.

Illud etiam magis ad rem pertinet scire, tùm ne oporteat dari, cùm iam venæ conquieuerũt, aut etiãnum manẽtibus reliquiis febris. Antiqui enim quã integerrimis corporibus alimẽtum offerebant. Asclepiades inclinata quidem febre, sed adhuc tamen inhærente. lib. 3. cap. 4.
Etenim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest, cibum quàm maximè semper ab accessione futura reducere, & hoc saluo, dare quàm integerrimo corpori. lib. 3. cap. 5.
Quòd si vehemens febris vrget, in ipso impetu eius sanguinem mittere, hominem iugulare est. Expectanda ergo remissio est. lib. 2. cap. 10.

Aphor. XII.

Hîc quoque medicus non numerare dies debet, sed ipsas accessiones intueri, & ex his coniectare quando dandus cibus sit. 3. lib. cap. 4.

Aphor. XIII.

Quod ad ætates verò pertinet, inediam facillimè sustinent mediæ ætates, minus iuuenes, minimè pueri & senectute confecti. lib. 1. cap. 3.

Nam famem facilius fert adolescens quàm puer. in prohœm.

Aphor. XIV.

Quo minus fert facilè quisque, eo sæpius debet cibum assumere: maximeque eò eget qui increscit. lib. 1. cap. 3.

Sæpe autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. in prohœm.

Aphor. XV.

Præceptum ὑγιεινόν.

Tempus quoque anni considerare oportet. Hyeme plus esse conuenit: minus, sed meracius bibere, multo pane vti, carne potius, modicè oleribus. 1. lib. cap. 3.

in prohœmio.

Famem facilius in denso cœlo, quàm in tenui, facilius in hyeme, quàm æstate ferũt: (*diuersa sententia est. eò enim referendum, quòd in denso cœlo corpora sint robustiora, atque ideò etiam facilius quamlibet molestiam ferant*)

Indicio sunt athletæ] Famem facilius inexercitatus quàm exercitatus homo sustinet. ibid. in prohœm.

Aphor.

Aphor. XVI.

Cibus autem febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certè quàm proximus. 3.lib.cap.6.

XVII.

Quasdam autẽ obseruationes desiderãt & nouæ res, & corporũ genera, & sexus, & ætates, & tempora anni. lib.1.c.3.

Eo cœlo quo magis* digerit, celerius cibus dandus est. Ob quam causam in Africa nullo die æger abstineri rectè videtur. Maturius etiam puero quàm iuueni, æstate quàm hyeme dari debet. lib.3.c.4.

*id est, absumit, dissipat in halitus.

Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, quale cœlum, quę ætas, quod anni tempus. Minimeque in rebus multum inter se differentibus, quod intermittendum non est, perpetuum esse præceptum temporis potest. lib.3.cap.4.

Si corpus infirmum est, quotidie dandus est, multoque magis si continentes febres sine remissione sunt, quanto magis corpus affligunt, aut si duæ pluresue accessiones eodẽ die veniunt. Quæ res efficit vt & a primo die protinus cibus dari quotidie debeat, si protinus venæ conciderunt, & SÆPIVS EODEM DIE si inter plures accessiones subinde vis corpori deest. lib.3.cap.5.

Ad Aphor. XIIX.

Æſtate verò & potione & cibo corpus ſæpius eget. Ideo prandere quoque commodum eſt. Vt ſæpius autem cibo vtendũ, ſic exiguo eſt. 1.lib.cap.3.

Ad Aphor. XIX.

Integritatẽ vocant quã Græci ἀπυρεξίαν.

Quàm ſaniſſimo cibus dari debet. (*id eſt quàm integerrimo*) ſatius eſt principia cibi à decedente febre quàm reliquias ab incipiente excipi.

Tutiſſimum eſt autem antè totius acceſſionis tempus præterire: quamuis vbi longa febris fuit, poteſt indulgeri ægro maturius, dum tamẽ antè * minimè pars dimidia prætereatur. lib.3.cap.4.

*ſ. ad minimum vt vulgò loquimur.

Vide X I. Aphor. ſuprà.

De particularibus tẽporibus.

Cùm verò febris inſtet, (*id eſt, propè ab acceſſione abeſt æger*) incipiat, (ἀρχὴ) augeatur, (ἐπίδοσις) conſiſtat, (ἀκμὴ) decedat, (παρακμὴ) deinde in deceſſione conſiſtat aut finiatur: ſcire licet optimum cibo tempus eſſe febre finita: deinde, cùm deceſſio eius conſiſtit: tertium, ſi neceſſe eſt, (*ſ. ſi ægri vires imbecilles ſunt*) quandocunque decedit: cætera omnia periculoſa eſſe. Si tamen propter infirmitatem neceſſitas vrget, ſatius eſſe conſiſtente iam incremento febris quàm increſcente aliquid offerre. ſatius eſſe inſtante

quàm

quàm incipiente: cum eo tamen, vt nullo tempore is qui deficit, non sit sustinendus. (*Hoc Galenus egregiè obseruauit, cùm in vigore paroxysmi delinquenti ægro qui natura πικρόχολος esset, vinum & ptisanam infudit*) lib.3.cap.5.

Ad Aphor. XXII.

Seruanda verò illa sunt, ne vlla cruditate substante ducatur aluus. ibid.

SECTIONIS II.

Aphor. I.

Et is cui somnus dolorem auget, acuto morbo facilè consumitur. 2.lib.cap.6.

Aphor. II.

Omnibus verò sic affectis (*phreniticis & melancholicis*) somnus & difficilis & præcipuè necessarius est. Sub hoc enim plerique sanescunt. 3.lib.cap.18.

Aphor. IV.

Vbi ad cibum ventum est, nunquam vtilis est satietas: sæpè etiam inutilis nimia abstinentia. lib.1.cap.2.

Aphor. V.

Præter hæc protinus timeri debet (*s. mor-*

bus) si grauiora membra sunt. lib.2.cap.2.

Item si marcet animus, si loqui & moueri piget, si corpus torpet. lib.2.cap.2.

Aphor. VI.

Quibus caussa doloris, neque sensus eius est, his mens labat. 2.lib.cap.7.

IX.

Illud quoque perpetuũ in omnib⁹ morbis, vbi ab inferiore parte purgãdus aliquis est, ventrem eius antè soluendum esse: vbi à superiore, comprimendum. lib.3.cap.18.

XII.

Non increscentibus solùm morbis, sed cùm per se finiuntur, sæpe auxilium necessarium est, duabus de causis, vt & quamprimum bona valetudo contingat, & ne morbus qui remanet, iterum, quamuis leui de caussa, exasperetur. Potest enim morb⁹ minus grauis esse quàm fuerit: neque ideo tamen solui, sed reliquiis quibusdam inhærere, quas admotũ aliquod auxilium discutit. 2.lib.cap.14.

XIII.

Ferè verò grauiorem accessionem leuior nox sequitur. quo fit vt grauiorẽ accessionẽ nox quoque tristior antecedat. l.3.c.5.

XVI.

Si qui-

Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est. 1.lib.cap.2.

Exercitatio semper antecedere cibũ debet: in eo qui minus laborauit & bene concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est & minus concoxit, remissior. lib.1.cap.2.

XIIX.

Imbecillissimam verò materiã esse omne olus, & quicquid in cauliculo nascitur. 2.lib.cap.18.

XIX.

Neque tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis & mortis. lib.2.cap.6.

Interrogari potest, si certa futuræ mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti a Medicis cõualescant, quosdamque fama ꝓdiderit in ipsis funeribus reuixisse? Quin etiam vir iure magni nominis Democritus ne finitæ quidem vitæ certas notas esse proposuit quibus Medici credidissét. lib.2.c.6.

XX.

Quibus iuuenibus fluxit aluus, plerũque in senectute cõtrahitur: quibus in adolescẽtia fuit adstrictá, sæpe in senectute soluitur. Ibid.

XXII.

Tenuis verò homo implere se debet, plen' extenu-

extenuare,calidus refrigerare,frigidus calefacere, madens ſiccare, ſiccus madefacere: itemque aluum firmare is cui fuſa,ſoluere is cui adſtricta eſt. lib. 1,cap. 3.

Ad Aphor. XXIII.

Atque ipſe quartus decimus par eſt, in quo eſſe magnam vim antiqui fatebantur. lib. 3.cap.4.

Ad Aphor. XXIV.

Eſt autem alia etiam de diebus ipſis dubitatio,quoniam antiqui potiſſimùm impares ſequebantur, eoſque, tanquam tunc de ægris iudicaretur, κρισίμυς nominabant. Hi erant dies tertius,quintus,ſeptimus,nonus, vndecimus,quartuſdecimus,vnus & vigeſimus: ita vt ſumma potentia ſeptimo, deinde quartodecimo, deinde vni & vigeſimo daretur.

Cumque iidem (*antiqui*) octauum primi naturam habere contenderent, vt ab eo ſecundus ſeptenarius numerus inciperet, ſibi repugnabãt non octauum neque decimũ, neque duodecimum diem ſumendum quaſi potiorem. Plus enim tribuebant nono & vndecimo. lib. 3.cap. 4.

Aphor. XXV.

Æſtiua quartana ferè breuis eſt. 2.lib. cap. 8.

Quar

Quartana æſtiua breuis, autumnalis ferè longa eſt, maximeque quæ cœpit hyeme appropinquante. lib.2.cap.8.

Cùm verò vetus quartana raro niſi vere ſoluatur, vtique eo tempore attendendum eſt ne quid fiat quod valetudinẽ impediat. lib.3.cap.16.

Aphor. XXVI.

Omni reſolutioni neruorum ad Medicinam non idonea tempora ſunt hyems & autumnus: aliquid ſperari poteſt vere & æſtate. ibid.

Febris neruorũ diſtentionem rigoréque (ſi poſtea cœpit) ex toto tollit. lib.2.cap.8.

Aphor. XXVII.

Febris autem quæ ſubitò ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè reuertitur. lib.2.cap.7. Poteſt enim morbus minùs grauis eſſe quàm fuerit, neque ideo tamen ſolui. lib.2.cap.14.

Aphor. XXIIX.

Si ſine cauſſa quis emacreſcit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus eſt. lib.2.cap.7.

Ad ſanitatem non peruenit vbi æger pro ſpatio parum emacreſcit. lib.2.cap.5.

Peius tamen ſignum eſt vbi aliquis contra con-

tra consuetudinē emacruit, & colorē decoremque amisit, quoniā in his quæ superant, est quod morbus demat: in his quæ desunt, non est quod ipsum morbū ferat. l.2.c.2.

XXXV.

Mali morbi testimonium est, cutem circa vmbilicum & pubem macram habere. 2.lib.cap.4.

Scire licet non periclitari si circa vmbilicum & pubem cutis plana est. lib.2.cap.3.

XXXIII.

Inter bona indicia, est cupiditas cibi vel a primo seruata, vel etiam post fastidium orta: lib.2.cap.3.

XXXIX.

Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. lib.1.cap.1.

Quæque eorum vitia vel in senectute cœperunt, vel in senectutem ab adolescētia peruenerunt, vt aliquādo leniri possunt, sic nunquā ex toto finiuntur. Cels.lib.2.c.8.

XLIV.

Obesi plerunque acutis morbis & difficultate spirandi strangulantur, subitoque sæpe moriuntur. Quod in corpore tenuiore vix euenit. lib.1.cap.1.

Gracile

Gracile corpus infirmum: obesum hebes est. lib. 1. cap. 1.

XLIIX.

Leuatque lassitudinem etiam laboris mutatio: eumque quem nouum genus eiusdem laboris pressit, id quod in consuetudine est, reficit. lib. 1. cap. 3.

XLIX.

Omnem etiam laborem facilius assuetus puer vel senex, quàm insuetus homo sustinet. lib. 1. cap. 3.

L.

Prodest etiam interdum balneo, interdũ aquis frigidis vti, modò vngi, modò ipsum negligere: nullum cibi genus fugere quo populus vtatur, interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere, modò plus iusto, modò non amplius assumere, bis die potius quàm semel cibum capere: & semper quamplurimum, dummodo hunc concoquat. lib. 1. cap. 1. Quemadmodum sanos agere conueniat.

Atque ideo quoque nimis ociosa vita vtilis non est, quia potest incidere laboris necessitas. lib. 1. cap. 3.

Quod enim contra consuetudinem est, nocet, seu molle seu durum est. ibid.

LI.

Aphor. LI.

Cùm quis mutare aliquid volet, paulatim debebit aſſueſcere. lib. 1. cap. 3.

Moderationem deſiderant morbi, vt neque aliud quàm expedit, neque eius ipſius nimium ſumatur. Neque enim conuenit iuxta inediam protinus ſatietatem eſſe. Quod ſi ſanis quoque corporibus inutile eſt, vbi aliqua neceſſitas famem fecit, quanto inutilius eſt in corpore etiã ægro? lib. 2. c. 16.

Aphor. LII.

Hippoc. lib. περὶ παραγγελ. ἄκεσις χρόνῳ· ἔστι δὲ ἠνίκα καὶ καιρῷ.

Sic tamen, vt in acutis morbis citò mutetur quod nihil prodeſt: in longis, quos tempus vt facit, ſic etiam ſoluit, non ſtatim condemnetur ſi quid non ſtatim profuit. Minùs verò remoueatur ſi quid paulum ſaltem iuuat, quia profectus tempore expletur. lib. 3. cap. 1.

Aphor. LIII.

Melior eſt autem in iuuene fuſior, in ſenectute adſtrictior aluus. lib. 1. cap. 3.

Aphor. LIV.

Corpus autem habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile neque obeſum. Nam longa ſtatura vt in iuuenta decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. lib. 1. cap. 1.

SECT.

SECTIONIS III.

Aphor. II. & III.

Ætas media tutiſſima eſt, quæ neque iuuentæ calore, neque ſenectutis frigore infeſtatur. lib. 1. cap. 1.

IIII.

Per autumnum propter cœli varietatem periculum maximum eſt. Itaque neque ſine veſte, neque ſine calceamentis prodire oportet, præcipueque diebus frigidioribus: neque ſub diuo nocte dormire, aut certè operiri. lib. 1. cap. 3.

V.

Ex tempeſtatibus Auſter aures hebetat, ſenſus tardat, capitis dolores mouet, aluum ſoluit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum.

Aquilo tuſſim mouet, fauces exaſperat, ventrem adſtringit, vrinam ſupprimit, horrores excitat, item dolores lateris & pectoris. Cæteri venti, quo vel huic vel illi propiores ſunt, eo magis vicinos his illiſue affectus faciunt. lib. 2. cap. 1.

VI.

Vbi primò calor à primo vere orſus, æſtatem quo-

tem quoque ſimilem exhibet, neceſſe eſt multum ſudorem in febribus ſubſequi. lib.2.cap.1.

VII.

In ſiccitatibus acutæ febres, lippitudines, tormina, vrinæ difficultas, articulorum dolores oriuntur. lib.1.cap.1.

VIII.

Neque ſolùm in bono tempeſtatum habitu, certior valetudo eſt: ſed priores morbi quoque, ſi qui inciderunt, leuiores ſunt, & promptius finiuntur. Ibid.

X.

Vtique ſi tempus autumni eſt, quò ferè, qui cætera parte anni traxerunt, reſoluũtur: *ſ.protinus moritur phthiſicus.* lib.2.cap.8.

XI.

Si hyems ſicca ſeptentrionales ventos habuit, ver autem auſtros & pluuias exhibet, ferè ſubeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus, ideoque præcipuè in mulieribus. lib.2.cap.1.

XII.

Si verò auſtri pluuiæque hyemem occuparunt, ver autem frigidum & ſiccum eſt, grauidæ

grauidæ quidem fœminæ, quibus dum adest partus, abortu periclitantur. Hæ verò quæ gignunt, imbecillosque vixque vitales edũt. Cæteros lippitudo arida, & si seniores sunt, grauedines atque destillationes malè habẽt. At si à prima hyeme Austri ad vltimũ ver continuarunt, laterum dolores & insania febricitantium, quam φρενῖτιν appellant, quàm celerrimè rapiunt. lib. 2. cap. 1.

XIII.

At si sicca æstas Aquilones habuit, autumno verò imbres Austrique sunt, tota hyeme quę proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdã etiã tabes, oriuntur. ibid.

XIIII.

Sin autem autumnus quoque æquè siccus, iisdem Aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quæ muliebria esse proposui, secunda valetudo contingit: durioribus verò instare possunt, & aridæ lippitudines, & febres partim acutæ partim longæ, & hi morbi qui ex atra bile nascuntur. ibid.

XVI.

Per imbres lõgæ febres, alui deiectiones, angina, cancri, morbi comitiales, resolutio

neruorum, quam παράλυσιν Græci nominãt: In ſiccitatibus acutæ febres, lippitudines, tormina, vrinæ difficultas, articulorum dolores oriuntur. ibid.

XVII.

Sanum tamen corpus ſpiſſat, & mobilius atque expeditius reddit. ibid.

At prodeſt (*frigus*) iuuenibus & omnibus plenis: erectiorque mens eſt, & melius concoquitur, vbi frigus quidem eſt, ſed cauetur. lib. 1. cap. 9.

XVIII.

Quod ad ætates verò pertinet, pueri proximique his, vere optimè valent, & æſtate prima tutiſſimi ſunt: ſenes æſtate, & autumni prima parte: iuuenes hyeme, quique inter iuuẽtam ſenectutẽque ſunt. Inimicior ſenibus hyems, æſtas adoleſcentibus eſt. lib. 2. cap. 1.

XIX.

Non quo non omni tempore, in omni tempeſtatum genere, omnis ætatis, omnis habitus hominum per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur: ſed quòd frequentius tamẽ quædam eueniant. ibid.

XX.

Vere

Vere tamen maximè, quęcunque humoris motu nouantur, in metu esse consuerunt. Ergo tum lippitudines, pustulæ, profusio sanguinis, abscessus corporis, quæ ἀποστήματα Græci nominant, bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, insania, morbus comitialis, angina, grauedines, destillationes oriri solent. Hi quoque morbi qui in articulis neruisque modò vrgent, modò quiescũt, tũ maximè & inchoantur, & repetunt. ibid.

XXI.

At æstas non quidem vacat plerisque ab his morbis, sed adiicit febres, continuas vel ardentes, vel tertianas, vomitus, alui deiectiones, auricularum dolores, vlcera oris, cancros & in cæteris quidem partibus, sed maximè obscœnis, & quicquid sudore hominem resoluit. ibid.

XXII.

Vix quicquàm ex his in autumnum non incidit: sed oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes, quam Græci φθίσιν nominant: vrinæ difficultas, quam στραγγουρίαν appellant: tenuioris intestini morbus, quem εἰλεὸν nominãt. Fit item lenitas intestinorum, quæ λειεντερία vocatur, coxæ dolores, morbi comitiales.

Idemque tempus & diutinis malis fatigatos,& ab æſtate tantùm proxima oppreſſos interimit, & aliis nouis morbis conficit, & quoſdam longiſſimis implicat, maximeque quartanis, quæ per hyemem quoque exerceant. Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet, cuiuſcunque ea generis eſt, quamuis variis rationibus nocet. ibid.

XXIII.

Hyems autem capitis dolores, tuſſim, & quicquid in faucibus, in lateribus, in viſceribus mali contrahitur, irritat.

XXIIII.

Tum ſi qua imbecillitas oritur, proximè vt infantes teneroſque adhuc pueros ſerpentia vlcera oris, (quæ ἄφθαι Græci nominant) vomitus, nocturnæ vigiliæ, aurium humor, circa vmbilicum inflammationes exerceant. ibid.

XXV.

Propriè etiam dentientium gingiuarum exulcerationes, diſtentiones neruorum, febriculæ interdum, alui deiectiones, maximeque caninis dentibus orientibus, malè habent. Quæ pericula pleniſſimi cuiuſque ſunt, & cui maximè venter adſtrictus eſt. ibidem.

XXVI

XXVI.

At vbi ætas paulum processit, glandulæ, & vertebrarum quæ in spina sunt, aliquæ inclinationes: strumæ, verrucarum quædã genera dolentia, (ἀκροχορδόνας Græci appellant) & plura alia tubercula oriuntur. ibid.

XXVII.

Incipiente verò iam pube, ex iisdem multæ & longæ febres, sanguinis ex naribus cursus. ibid.

XXVIII.

Maximeque omnis pueritia primùm circa quadragesimum diem, deinde septimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in fœmina primis menstruis finita sunt, ferè longa sunt. Sæpius tamen morbi pueriles qui diutius manserunt, terminantur. ibid.

XXIX.

Adolescẽtia morbis acutis, itẽ comitialibus tabique maximè obiecta est: fereque iuuenes sunt qui sanguinem exspuunt. ibid.

XXX.

Post hanc ætatẽ laterũ & pulmonis do-

lores, lethargus, cholera, insania, sanguinis per quædam etiam velut ora venarum (*αἱμοῤῥοΐδας* Græci appellant) profusio. ibid.

XXXI.

In senectute spiritus & vrinæ difficultas, grauedo, articulorum & renum dolores, neruorum resolutiones, malus corporis habitus, (*καχεξίαν* Græci appellant) nocturnæ vigiliæ, vitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, præcipueque soluta aluus, & quæ sequuntur hanc, tormina vel leuitas intestinorũ, cæteraque fusi vẽtris mala. ibid.

SECTIONIS IIII

Ad Aphor. I.

Firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens, tutò curantur. Maximè tamen in his medicus imperitus falli potest, quia fere minus roboris illis ætatibus subest. Mulierique prægnanti post curationem quoque viribus opus est, non tantùm ad se, sed etiam ad partum sustinendum. Celsus lib.2.cap.10.

IIII.

Vomitus vtilior est hyeme quàm æstate. Nam tum & pituitæ plus, & capitis grauitas maior

maior ſubeſt. (VI) Inutilis eſt gracilibus & imbecillum ſtomachum habentibus. lib. 1. cap. 3.

VII.

Vtilis eſt plenis & bilioſis omnibus, ſi vel nimium ſe repleruntvel parum concoxerunt. lib. 1. cap. 3.

VIII,

Vomitus in * hoc morbo ſi frequens eſt, perniciosus eſt, maximeque ſanguinis. lib. 3. cap. 22. ſ. tabe.

Præter hæc graciles, tabes, deiectiones, deſtillationes: item viſcerum & laterum dolores fatigant. lib. 1. cap. 1.

XI.

Eiuſdem morbi (*hydropis*) nota eſt, vbi circa vmbilicum inteſtina torquentur (στρόφοι Græci nominant) coxæque dolores manẽt, eaque neque tempore neque remediis ſoluuntur. lib. 2. cap. 7.

XIII.

Veratro quoque albo vtẽdum eſt. Id neque hyeme neque æſtate rectè datur, optimè vere, tolerabiliter autumno. Quiſquis datur⁹ erit, id agere debet, vt accepturi corpus humidum ſit. lib. 2. cap. 13.

Veratrum nigrum, aut atra bile percitis

aut cum triſtitia inſanientibus, aut iis quorum nerui parte aliqua reſoluti ſunt, datur. lib.2.cap.12.

XVI.

Illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentũ quod potui datur, non ſemper ægris prodeſſe, ſemper ſanis nocere. ibid.

XVII. & XVIII.

Itaque vbi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum ſunt, ad hunc protinus confugiendum eſt. lib.1.cap.3.

XXI.

Aluus nigra, ſanguini atro ſimilis, repentina, ſiue cum febre, ſiue etiam ſine hac, pernicioſa eſt. lib.2.cap.8.

XXII.

Et cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel ſuprà ſe oſtenderit, *ſ. ad vltima ventum eſſe teſtatur*. lib.2.cap.6.

XXIII.

Cuiue alterutrum modò ſe promſit, cùm iam longo morbo corpus eius eſſet extenuatum & affectum: *ſ. mortis indicium*. ibid.

XXIIII.

Quin etiam tormina (*dyſent.*) ab atra bile orſa mortifera ſunt, aut ſi ſub his extenuato aim corpore ſubitò nigra aluus profluxit. lib.2.c.8.

XXVIII.

Si in febre aures obtusæ sunt, si sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto. ibid.

XXIX.

A sexto die cœpisse inhorrescere, mali morbi testimonium est. lib.2.cap.4.

XXXI.

Si lassitudinis etiã sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis, aliquid abscedit. lib.2.cap.7.

XXXIIII.

Neque is seruari potest, qui sine vllo tremore febricitans, subitò strangulatur, aut deuorare saliuam suã non potest. lib.2.c.6.

XXXV.

Cui verò eodem febris corporisque habitu ceruix conuertitur, sic vt deuorare æquè nihil possit: *f. seruari non potest.* ibid.

XXXVII.

Aut multum sudare, maximeque frigido sudore, mali morbi signum est. lib.2.c.4.

XXXIIX.

Si corpus dormientis circa partes aliquas cõtra consuetudinẽ insudat, maximeque circa pect' aut ceruices, aut crura, vel genua, vel

coxas:*s.inter signa aduersæ valetudinis futuræ.* lib.2.cap.2.

XL.

Aut vbi corpus modò frigidum, modò calidum eſt,& color alius ex alio fit:*ſ.ſignum longæ valetudinis eſt.* lib.2.cap.5.

XLIII.

Neque terrere ea febris debet, quæ eodẽ die finita eſt: ac ne ea quidem, quæ quamuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram acceſſionẽ ex toto quieuit, ſic vt corpus integrum, quod εἰλικρινὲς Græci vocant, fieret. lib.2.cap.3.

Et eas febres quæ quotidie tempore eodem reuertantur, quæue ſemper pares acceſſiones habeant, neque tertio quoque die leuẽtur, quæue continuent, vel per acceſſiones increſcant, per diſceſſiones tantùm molliantur, nec vnquam integrum corpus dimittant. lib.2.cap.4.

XLVI.

Aut cui ſimul & continua febris & vltima corporis infirmitas eſt:*ſ.mortis indicium eſt.* lib.2.cap.6.

XLIIX.

Aut frigidas extremas partes acuto morbo vrgente habere:*ſ.grauis morbi periculum eſt*

est. lib.2.cap.4.

XLIX.

Eademque labra & nares oculique & palpebræ & ſupercilia, aliquaue ex his peruertuntur, iſque propter imbecillitatem iã non audit, aut non videt: *ſ. mortis indicium est.* lib.2.cap.6.

L.

Aut qui febre æquè non quieſcente, ſimul & delirio & ſpirandi difficultate vexatur: *ſ. neque is ſeruari poteſt.* ibid.

LI.

Aut vbi, quod inter febres aliqua parte abſceſſit, ad ſanitatem non peruenit: *ſ. notũ eſt longum morbum fieri.* lib.2.cap.5.

LVI.

Aut vbi febre non quieſcente corpus inſudat: *ſ. longi morbi indicium eſt.* lib.2.c.5.

LIIX.

Febrem autem ardentem (quam Græci *καῦσον* vocãt) ſubitus horror exoluit. l.2.c.8.

LX.

Nihil plus ad ſanitatem quàm билioſa aluus poteſt. lib.2.cap.8.

LXI.

Adeò

Adeò vt Hippocrates ſi alio (*ſ. quàm impari*) die febris deſiſſet, recidiuam timere ſit ſolitus, lib. 3. cap. 4.

LXII. & LXIV.

Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrem oriri, vtique ſi præcordia dextra parte dura manſerunt, ac dolentibus his læua. lib. 2. cap. 4.

Regium morbũ Hippocrates ait, ſi poſt ſeptimum diem febricitante ægro ſuperuenit, tutum eſſe, mollibus tantummodo præcordiis ſubſtantibus. Diocles ex toto, ſi poſt febrem oritur, etiam prodeſſe: ſi poſt hunc febris, occidere. lib. 3. cap. 24.

LXVI. & LXVII.

Nulla acuta febris leuiter terrere eos debet: neque vnquam in acuta febre, vt a ſomno, non eſt terribilis neruorum diſtentio. Timere etiam ex ſomno, mali morbi eſt. lib. 2. cap. 4.

LXXII.

Diluta quoque atque alba, vitioſa eſt: ſed in phreniticis maximè. lib. 2. cap. 4.

LXXIII.

Si in ſuperioribus partibus dolorem tumoremque inflammatio fecit, bonum ſignum

gnum est, sonus ventris inde ad inferiores partes euolutus, magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit. lib. 2. c. 3.

LXXV.

At si sanguis aut pus in vrina est, vel vesica vel renes exulcerati sunt. lib. 2. cap. 7.

LXXVI.

Si hæc crassa carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet. ibid.

LXXVIII. & LXXIX.

Aut interdum quasi sanguinem, interdū quasi harenam trahit: *s. in renum & vesicæ passionibus.* ibid.

LXXX.

Aut si paullatim distillat, vel si sanguis per hanc editur, & in eo quædam cruenta concreta sunt, idque ipsum cum difficultate redditur, & circa pubem inferiores partes dolent, in eadē vesica vitium est. l. 2. c. 7.

LXXXI.

Si vrina malè olet, vesica vel renes exulcerati sunt. ibid.

SECTIONIS V

Ad Aphor. I.

Aut

Aut qui epoto veratro exceptus distentione neruorum est: *s. mortis indicium est.* lib. 2. cap. 6.

II.

Vel si neruorum rigor, aut distentio quæ ex vulnere orta est, eam non finit: *s. perniciosa febris est.* lib. 5. cap. 26.

III.

Si sanguis profluxit, deinde secuta dementia est cum distentione neruorum, periculum mortis est. lib. 2. cap. 8.

IIII.

Itemque si medicamentis purgatum, & adhuc inanem, neruorum distentio oppressit. ibid.

V.

Aut si ebrius obmutuit: *s. mortis indicium est.* Is enim fere adiecta neruorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore quo ebrietas solui debet, loqui cœpit. lib. 2. cap. 6.

VI.

Neque tamen alius importunior acutiorque morbus est, quàm is qui quodam rigore neruorum, modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit, modò rectam & immobilem ceruicem intendit. Prio-

Priorem Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, vltimum τέτανον appellant: quamuis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus vtuntur. Ea sæpe intra quartum diem tollunt: si hunc euaserunt, sine periculo sunt. lib.4.cap.4.

VII.

Si qua etiam genera morborum in infātem inciderunt, ac neque pubertate neque primis coitibus, neque in fœmina primis mēstruis finita sunt, ferè lōga sunt. l.1.c.1.

Morbus quoque comitialis, post annum quintum & vigesimum ortus ægrè curatur: multoque ægrius is qui post quadragesimum annum cœpit: adeò vt in ea ætate aliquid in natura spei, vix quicquam in medicina sit, &c. lib.2.cap.8.

Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non ægrè finitur. lib.2.cap.8.

Interdum tamen, cùm recens est, hominem consumit, & sæpe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris Veneris, in puellis menstruorum initium tollit. lib.3.cap.23.

IX.

Cùm hic morbus (*s. tabes*) ætate firmissima maximè oriatur, id est ab anno duodecimo ad annum quintū & trigesimū. lib.3. c.22.

XI.

Quicquid exſcreatum eſt, ſi in ignem impoſitum eſt, mali odoris eſt. Itaque qui de morbo dubitant, hac nota vtũtur. l. 3. c. 22.

XII.

Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, vbi capilli fluũt, protinus moritur. l. 2. c. 8.

XIII.

At qui ſpumantem ſanguinem exſcreāt, his in pulmone vitium eſt. lib. 2. cap. 7..

XIIII.

Maximeque vbi poſt hæc (*ſ. capillorum defluuium, odorem fœdum vrinæ*) orta deiéctio eſt, protinus moritur. *ſ. phthiſicus.* lib. 2. cap. 8.

XV.

Eadem tabes ſubit, ſi in lateris dolore orta ſuppuratio; intra quadraginta dies purgari non potuit. lib. 2. cap. 7.

Laterum dolores ſuppuratione facta, deinde intra quadrageſimum diem finiuntur. ibid. cap. 8.

XVI.

Denique omnis calor & iecur & lienem inflammat, mentem hebetat: vt anima deficiat, vt ſanguis prorumpat, efficit. l. 2. c. 1.

Si nim.

Si nimius eſt, corpus effœminat, neruos emollit, ſtomachum ſoluit. lib. 1. cap. 9.

Extenuat corpus aqua calida, ſi quis in eam deſcendit, magiſque ſi ſalſa eſt: in ieiunio balneum, inurens ſol, & omnis calor. lib. 1. cap. 3.

XVII. XX.

Frigus modò neruorum diſtentionem, modò rigorem infert: illud σπασμὸς, hoc τέτανος Græcè nominatur: nigritiem in vlceribus, horrorem in febribus excitat. l. 2. c. 1.

XIIX. XXIIII.

Frigus inimicũ eſt ſeni, tenui, (λεπτῷ χρωτὶ) vulneri, præcordiis, inteſtinis, veſicæ, aurib⁹, coxis, ſcapulis, naturalibus, oſſibus, dentibus, neruis, vuluæ, cerebro. lib. 1. cap. 9.

XIX.

Calor autem adiuuat omnia quæ frigus infeſtat. ibid.

XX.

Idem ſummam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram. ex hoc horrores tremoreſque naſcuntur. ibid.

XXII.

Neruos quoque qui cõtrahuntur, præcipueque ea vlcera quæ ex frigore ſunt. Idem

corporis colorem bonum facit, vrinam mouet. ibid.

XXIII.

Item rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant: *s. aqua frigida prodest.* ibid.

XXV.

Item articulis, doloribusque qui sunt sine vlceribus: *s. aqua infusa prodest.* ibid.

XXX.

Item mitti (*sanguinem*) iunioribus & fœminis vterum non gerentibus, vetus est. In pueris verò idem experiri, & in senioribus, & in grauidis quoque mulieribus, vetus nõ est: siquidem antiqui primam vltimamque ætatem sustinere non posse hoc auxilii genus iudicabant, persuaserantque sibi mulierem grauidam, quæ ita curata esset, abortũ esse facturam. Postea verò vsus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, aliasque potiores obseruationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest enim non quæ ætas, neque quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint. l.2.c.10. At firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens, tutò curantur. ibid.

XXXI.

Mulier

Mulier quoque grauida, acuto morbo facilè consumitur. lib.2.cap.6.

XXXII.

Mulier sanguinem vomens profusis mẽstruis liberatur. lib.2.cap.8.

XXXIII.

Quæ menstruis non purgatur, si sanguinem ex naribus fudit, omni periculo vacat. ibid.

XXXIIII.

Mulieri grauidæ sine modo fusa aluus, elidere partum potest. lib.2.cap.7.

XXXV.&XLIX.

Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, sternutamento leuatur. lib.2.cap.8.

XXXVII.

Mulieri grauidæ si subitò mammæ emacruerunt, abortus periculum est. ibid.

XXXIX.

Quæ neque peperit, neque grauida est, si lac habet, à menstruis defecta est. ibid.

XL.

Suffusę quoque sanguine mulieris mammæ, furorẽ venturũ esse testantur. l.2.c.7.

L.

Nemo cucurbitulam diuersæ parti imponit, nisi cùm profusionem sanguinis eò auertit. 2.lib.cap.11.

LII. LIII.

Eidem (*mulieri grauidæ*) si lac ex mammis profluit, imbecillum est quod intus gerit: duræ mammæ sanum illud esse testantur. ibid.

LVII.

Quibus fœminis menstrua non prouèniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, vel quælibet alia pars morbo infestetur. ibid.

LXIIII.

Lac quoque, quod in capitis doloribus, & in acutis febribus, & per eas facta nimia siti, siue præcordia tument, siue biliosa vrina est, siue sanguis fluxit, pro veneno est: in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque febribus, rectè dari potest. lib.3.cap.23.

LXVI.

Nimis verò intumescere vulnus, periculosum: nihil intumescere, periculosissimum est. Illud indicium est magnæ inflammationis, hoc emortui corporis. lib.5.cap.26.

SECT.

SECTIONIS VI

Aphor. X.

At dolores capitis, ſanguinis profuſione vel fortuita vel etiam petita ſummouentur. lib.2.cap.8.

VIII.

Cōmunis tamē omnium (ὑδρώπων) eſt humoris nimia abundātia: ob quam ne vlcera quidem in his ægris facilè ſaneſcūt. l.3.c.21.

XII.

Si ora venarum ſanguinē ſolita fundere, ſubitò ſuppreſſa ſunt, aut aqua inter cutem aut tabes ſequitur. lib.2.cap.7.

XIII.

Singultus ſternutamento finitur. l.2.c.8.

XVII.

Omniſque deiectio lippienti prodeſt.

XVIII. XXIIII.

Seruari non poteſt cui baſis cerebri, cui cor, cui ſtomachus, cui iecinoris portæ, cui in ſpina medulla percuſſa eſt, cuique aut pulmo medius, aut ieiunum aut tenuius inteſtinū, aut vētriculus, aut renes vulnerati ſunt, cuiue circa fauces grandes venæ vel

arteriæ præcisæ sunt. lib.5.cap.26.

XX.

Si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur. lib.2.cap.7.

At varix ortus, vel per ora venarum subita profusio sanguinis, vel tormina, insaniam tollunt. lib.2.cap.8.

XXII.

Humerorum dolores, qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atræ bilis soluuntur. ibidem.

Si quod in humero vitium est, ex altero brachio *sanguis mittitur*. lib.2.cap.10.

XXIII.

At si longa tristitia cum longo timore & vigilia est, atræ bilis morbus subest. lib.2.cap.7.

XXVI.

Cui calor & tremor est, saluti delirium est. lib.2.cap.8.

XXVII.

Illud iure aliquis mirabitur, quomodo quædam simul & affligant nostra corpora, & parte aliqua tueantur. Nam siue aqua inter cutem quem impleuit, siue in magno abscessu multum puris coiit, simul id omne effudisse æquè mortiferum est ac si quis sani cor-

ni corporis vulnere factus exanguis eſt. lib.2.cap.8.

XXVIII. XXIX. XXX.

Ea (*podagra & chiragra*) rarò vel caſtratos, vel pueros ante fœminæ coitum, vel mulieres, niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tentant. lib.4.cap.24.

XXXVII.

Leuius eſt vbi tumor tantummodo & rubor eſt, cætera nō ſequūtur: id παρασυνάγχην appellant. lib.4.cap.4.

XL.

Denique ipſa febris (quod maximè mirum videri poteſt) ſæpe præſidio eſt. Nam & præcordiorum dolores, ſi ſine inflammatione ſunt, finit, & in iecinoris dolore ſuccurrit. lib.2.cap.8.

XLII.

At in morbo arquato durum fieri iecur, pernicioſiſſimum eſt. ibid.

XLIII.

Quos lienis malè habet, ſi tormina præhenderunt, deinde inuerſa ſunt vel in aquā inter cutem, vel in inteſtinorum leuitatem: vix vlla medicina periculo ſubtrahit. ibid.

XLIIII.

Morbus inteſtini tenuioris,niſi reſolutus eſt,inter ſeptimum diem occidit. ibid.

XLVIII.

Lienoſis bona tormina ſunt. ibid.

XLIX.

Vbi dolor & inflammatio ſe remiſerunt, quod intra dies quadraginta fit,niſi vitium hominis acceſſit:modicis exercitationibus, abſtinentia, vnctionibus lenibus vtendum eſt. lib.4.cap.24.

L.

Sin cerebrum membranaue eius vulnus accepit,ſanguis per nares,quibuſdam etiam per aures exit,fereque bilis vomitus inſequitur. lib.5.cap.26.

LI.

Cui verò ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt,dein ſomnus oppreſſit, ſic vt ſtertat,neque expergiſcatur, intra ſeptimũ diem pereundum eſt: magis ſi eum aluus cita non anteceſſerit. lib.2.cap.8.

LII.

Si palpebræ dormientis non coeunt, ſi album oculorum apparet. Quos tamen ita mors ſequitur, ſi id malum non eſt febre diſcuſſum. ibid.

Si per ſomnum palpebræ non committuntur

ſuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque id fluens aluus expreſſit. lib. 2. cap. 6.

LIII.

Neque ignorare oportet, leuiorem eſſe morbum cum riſu quàm ſeriò inſanientium. lib. 3. cap. 18.

LV.

Maiorē verò curam adhibere debent hi quibus id reuertitur: *ſ. malum podagræ.* quod ferè vere autumnoue fieri ſolet. lib. 4. c. 24.

LX.

Vltimum eſt, & in veteribus quoque morbis efficaciſſimum, tribus aut quatuor locis ſuper coxam, cutem candentibus ferramentis exulcerare. lib. 4. cap. 22.

SECTIONIS VII

Aphor. I.

Mali quoque morbi ſignum eſt, frigidas extremas partes habere, acuto morbo vrgente. lib. 2. cap. 4.

Aut cui febre nō quieſcēte, exterior pars friget, interior ſic calet vt etiam ſitim faciat. lib. 2. cap. 6. Lucret. lib. 6.

Intima pars homini verò flagrabat adeſa,
Flagrabat ſtomacho flamma, vt fornacibus int⁹.

III.

Aut post vomitum singultum esse, vel rubere oculos, *s. mali morbi signũ est.* l.2.c.4.

Lucret. 6. lib.

Et duplices oculos suffusá luce rubentes.

IIII.

Aut post sudorem inhorrescere, *s. mali morbi signum est.* lib.2.cap.4.

Plaut. Asinar.

Pro monstro repẽte est quãdo qui sudat tremit.

V.

Aluus quoque ducta sæpe superiores partes resoluit. lib.4.cap.3.

VI.

Aut post cupiditatem cibi, postue longas febres hunc fastidire, *s. mali morbi signum est.* lib.2.cap.4.

Malum etiam est quod post longas febres syncerum est, *s. excrementum.* l.2.c.4.

IX.

Lucret. 6.

In manib⁹ verò trahier nerui, & tremere art⁹.

X.

Si verò in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, neruorum distentio, delirium, mala sunt. lib.2.cap.8. Lucr. 6.

Proflu-

Profluuium verò qui tetri sanguinis acre
Exierat, tamen in neruos huic morbus & artus
Ibat.

XI. XII.

Post laterum dolores vitia pulmonum, post hæc insania. lib. 2. cap. 7.

XIII.

Post magnos feruores corporis, neruorum rigor aut distentio. ibid.

XIIII.

Vbi caput vulneratũ est, delirium. ibid.

XVII.

Frequens singultus, & præter consuetudinem continuus, iecur inflammatum esse significat. ibid.

XVIII.

Vbi vigilia torsit, neruorũ distẽtio. ibid.

XXI.

Vbi vehementer venæ supra vlcera mouentur, sanguinis profluuium erit. ibid.

XXIX.

Aqua inter cutem minimè terribilis est si venter medicamentis mouetur. l. 2. c. 8.

Neque alienum est metiri & potionem eius & vrinam. Nam si plus humoris excernitur quàm assumitur, ita demum secundæ valetudinis spes est: *s. in hydropico.* l. 3. c. 21.

XXXIV

XXXIV.

Aut si bullulas excitat, *s. vrina, notum est longum morbum fieri.* lib. 2. cap. 5.

XXXVII.

Neque ignorari oportet, eis quibus fluere sãguis solet, aut quibus spina dolet coxæue, aut pòst cursum vehementẽ vel ambulationem, dũ febris absit, non esse inutile sanguinis mediocre profluuium: idque per vrinam redditũ, ipsam quoque lassitudinẽ soluere. Ac ne in eo quidem terribile esse, qui ex superiore loco decidit: si tamen in eius vrina nihil nouabit. Neque vomitum huius afferre periculum, etiã cùm repetit, si antè confirmare & implere corpus licuit: & ex toto nullum nocere, qui in corpore robusto, neque nimius est, neque tussim aut calorem mouet. lib. 4. cap. 4. tit. De tussi.

XLV.

Ex iecinore si pus cruentum exit, mortiferum est. lib. 2. cap. 8.

XLVII.

Æquè in ea quoque (*aqua inter cutem*) tussis spem tollit. lib. 2. cap. 8.

LII. Vide Aph. 40. 6. sect.

LXXII.

Aut cui febre nõ quiescẽte, exterior pars friget, interior sic calet vt etiam sitim faciat. lib. 2.

lib.2.cap.6. Lucret.6.

Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam feruescere partē,
Sed potius tepidum manibus proponere tactum.

LXXV. LXXVI.

Quinetiam inteſtinorū leuitas,ſi ſub torminibus(δυσεντερία) extēuato iā corpore ſubitò aluus profluxit, mortifera eſt. l.2.c.8.

Deinde poſt alui longam reſolutionē,tormina: poſt hæc inteſtinorum leuitas oritur. lib.2.cap.7.

LXXVIII.

Ac ſæpe quidem euenit vti ſanguinē pus ſequatur:*ſ.in hæmoptoë*. l.4.c.4.tit.De tuſſi.

SECTIONIS VIII

Aphor. II.

Sine voluntate lachrymare:*ſ.mali morbi teſtimonium eſt*. lib.2.cap.4.

VIII.

Scire licet, inter ea quoque quę ars adhibet,naturam plurimum poſſe. lib.2.cap.8.

XII.

Illa quoque indicia ſunt mortis, vngues digitique pallidi. lib.2.cap.6.

FINIS.

MORBORVM ET SYMPTOMATVM IN APHORISMIS, INDEX:

cuius prior numerus Aphorismum, posterior librum denotat.

CAPITIS.

Lethar-

φρενῖτις.

μανίη, furor.

παραφροσύνη, amentia, desipientia, delirium.

Epilepſia, morbus comitialis.

Neruorum affectiones, in quibus παράλυσις.

σπασμὸς, Conuulſio.

ἀλύκη

AVRIVM.

NARIVM.

ARTERIÆ ASPERÆ.

κατάρ-

FAVCIVM.

Siccæ

CORDIS.

MAMILLARVM PROGNOSTICA.

VENTRICVLI.

Vomitus

EPATIS.

Leuco-

De fluxibus.

Dysenteria.

In dysen-

RENVM.

τὰ νεφρει-

VESICÆ.

Soluitur

SEDIS VLCERA.

DE ORGANIS GENERATIONIS.

DE MORBIS IVNCTVRARVM ET aliarum partium exteriorum.

Arthri-

De

DE FEBRIBVS.

In febri-

Fortia

INDEX RERVM ARTIS FERME TOTIVS ADVMBRATARUM in Aphorismis.

Quatuor primæ qualitates.

Terra

Raritas

Temporum anni κράσεις.

Ætatum κράσεις,

quia

Ætatum differentiæ.

Sexus.

ἄρρεν,

Temperamenta partium.

Humores.

Partes.

Partes similares.

Partes organicæ.

φάρυγξ

Facultates.

προσφορὰ

Res præter naturam.

Admedicinam practicam referendi Aphorismi.

Aphorismi σημειωτικοὶ ἢ διαγνωστικοί.

Criseos signa.

In sphace

Orthal-

Ophthalmiæ diarrhœa 17,6.*bonum*.
τῇ μανίῃ varix & hæmorrh. 48.6.*bonum*.
Splenicis dysenteria, ibid.
Apoplexia melancholiæ, 56.6.
Phrenitis peripneumoniæ, 12.7.
Empyemati phthisis, 16.7.
Catarrhis ad pectus empyema, 38.7.
Diarrhœæ dysenteria, 75.7.
Dysenteriæ lienteria, 76.7.
Leucophlegmatiæ diarrhœa, 29.7.

Symptωma morbo.

Vlceribus malignis nuditas pilorum, 4.6.
Lienteriæ ὀξυρεγμία, i. acidus ructus, 1.6.*bonū*.
Dysenteriæ ἀποσιτίη, cibi fastidium, 3.6. *malū*.
Diarrhœæ vomitus, 15.6.*bonum*.
Pleuritidi diarrhœa, 16.6.*malum*.
Causo tremor, 26.6.
Hydropi tussis 47.7.*malum*.
Inflammationi epatis singultus, 17.7.*malum*.
Acutis morbis frigus extremitat. 1.7.*malū*.
Eunucho caluities, 28.6.

Morbus symptωmati.

Sanguinis extra vasa effusioni ecpyema, 20.6.
Vigiliis spasmus & delirium, 18.7.
Dolori epatis febris, 52.7.
Deiectionibus synceris dysenteria, 23.7.

Symptωma symptωmati.

Singul.

Aphorismi θεραπευτικοί.

Omne

Scopi

Scopi.

Indicationes.

A mor-

Genera remediorum.

κενεαγ-

De euacuatione.

Euacu-

Aphorismi διαιτητικοί.

Quòd

Aphorismi ἀναληπτικοί, ad artis partem refectoriam.

FINIS.

ORATIO

ORATIO A D. ANDREA ELLINGERO MEDICINÆ PROFESSORE HABITA, *cùm inciperet publicè interpretari* APHORISMOS HIPPOCRATIS: *Kalendis Septembr.* A. O. R. CIↃ. IↃ. LXXIIX. *Salueldiæ.*

PHILIPPVM Melanchthonem, summum virum, totiusque Germaniæ eruditorum principem, memoria teneo, auditores humanissimi, cùm (vt mihi retulerunt quibus interior & domesticus quidam cum præceptore consuetudinis vsus intercessisset) fortè Aphorismorum Hippocratis méntio incidisset, dicere solitum: videri sibi id genus sententias ab Hippocrate collectas, & Aphorismorum nomine inscriptas, velut reliquias & ἀποσπάσματα esse doctrinæ sanctorum patrum, continuata tot seculorum serie quasi per manus tradita posteris, à quibus ad vicinas gentes dimanarint. Præclarè, vt cætera, Philippus. Cuius ego intelligentis iudicium, ὥςπερ ἀγγελόντος τοῦ Φοίβου φωνὴν amplector, magnopere probo, & veritate plurimum niti statuo. Nam si initia & ortum

philosophiæ vel longissimè repetimus, dubitare quî possumus, quin, vt diuinæ sapientiæ veræque religionis, sic & philosophiæ, humanorum ἐπιτηδευμάτων pulcherrimæ, à Barbaris (quo nomine distingui voluit inter se & cæteras nationes, sui nimium amans Græcia) cõtrà quàm Diogeni Laërtio visum est, studia profecta sint? Nec iam controuersiam illam discepto. Ægyptios saltem & Phœnices intueamur, quorum hi nauigationibus in omnes partes orbis terrarum excurrentes, non merces solùm, ceteraque vsibus humanis necessaria, sed & litteras & disciplinas ad animi cultum pertinentes, in eas intulerũt: (cuius rei vel vnius Cadmi ex Oriẽte in Græciam progressi, & litterarum velut satu rudem illam imbuentis, locuples testis est historia) illi aduenientes ex Græcia hospites, Democritum, Hippocratis σύγχρονον, huius etiam magistrum à quibusdam creditum, Platonem aliosque innumerabiles, imò ipsum etiam longè omnium antiquissimum Æsculapium, Apollinis filium, Chironis Centauri alumnum, (de quo Pindarus Pythiorum hymno 3) doctrina auxerunt, sapientioresque domum remiserunt. Vtrosque cùm nomino, gentem Iudaicam vnà includo, vtrorumque finibus adhærentem, & amborum magistram: quippe à qua illi,

illi, quod cum aliis nationibus communicarent, priores acceperunt. Quòd si in illo ipso populo, quem sibi peculiarem legerat rerum sator & altor vnus ille verus, æternus, sol⁹ sapiens Deus, nõ modò veræ pietatis & religionis, sed & medicinæ aliarũque liberaliũ disciplinarum studia floruere, & in primis culta fuere: & Moysen cõstat omnis sapientię quę in hominẽ cadit gnarũ, ea monumenta doctrinæ maximarũ rerũ in natura, posteris reliquisse, qua instructi admirabiles & eximii præ cæteris mortalibus haberentur: eccui dubiũ videatur, & has Hippocratis sententias, vniuersæ artis Theorematum summam, ἄνθη ἢ κορυφὰς decerpentes, non aliter atque Phocylidæ, Pythagoræ, Sibyllæ, Orphei, Hesiodi, Homeri, Theognidis quædam, augustioris originis visa carmina, illo ipso ex fonte, tanquam riuulos profluxisse: & eò fidei & auctoritatis plus obtinere, quò feliciore & verè aureo illo seculo, cui τὸ ἡγεμονικὸν, princeps nobilissimaque animæ facultas, mentis & consilii particeps, præfuit, natæ & inuentæ, ipsaque antiquitate ortus, & rerum maiestate magis venerabiles sunt? Non enim in Hebræo populo veri Dei noticia, omnis fons sapientiæ principiumque viguit, & non aliarum disciplinarum & artiũ velut semina & radices solo

felice consitæ, in herbas & florem se maturè profuderunt. Quin contrà statuendum, vbi illud fuit, hæc abesse non potuisse. Sanè quidquid aliis videatur, plęraque in his Hippocraticis sententiis eo robore veritatis mũnita sunt, vt ad auctorem Deum, qui ipsa veritas est, referri optimo iure mereâtur. Tantum enim non ἡ τοῦ πράγματος οὐσία, veri dux & indagatrix, φωνὴν ἱεῖσα (vt Demosthenis verbis vtar) exclamat: aut nihil veri, certi, constantis in arte esse, aut has sententias velut ὑποθήκας salutares & rectrices viæ & rationis medendi, absque nefario scelere & violatione numinis diuini (vt nunc Gigantæa quædam Paracelsistarum soboles in Chymistarum furnis tanquam pyraustæ nuper nata, altaque factitare consueuit, ἀπλαίστῳ στόματι, non modò omnis boni auctorem Hippocratem, sed & reliquum vniuersum chorum cuius ille dux est, proscindens, & infinita scriptionum incõsentanearum, in quibus, quod dicitur, nec caput nec pes est, mole, limpidos illius fontes obstruens) reiici & fastidiri non posse. Quæ cùm ita sint, cogitanti mihi de materia nouæ lectionis, nouo in loco continuandæ, in mentem venit, non aliud ex infinito numero vocabulorũ rei medicæ, magis vsu tritum, magisque cõmemorabile esse τοῦ ἀφορισμοῦ. Simul enim

quis di-

quis digitulo fores attigit scholæ nostræ, continuò Aphorismum poscitur, perinde atque iurisprudentię tyro regulam aliquam iuris: tanquam quod illis Lex, hoc nobis foret Aphorismus. Quamquam autem eruditiores non fugit, qui Aphorismi propriè dicuntur, ab iis non esse ducenda initia doctrinæ medicę, (quando nec ipse hoc velle videtur eorum auctor Hippocrates, nec qui se interpretem eius profitetur Galenus: quorum vterque incunabula studii medici in contemplatione naturæ corporis humani constituit: clamante Hippocrate, ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου φύσις τοῦ σώματος: & Galeno testante, ne simplicissimi quidem vlceris curandi consilium nobis suppetere, nisi ad prima vsque corporum elementa, calidum, frigidum, humidum, siccum, ratiocinando excursum fuerit. taceo quòd nec ipsa rei natura hoc ferat) tamen siue ratio, siue consuetudo (cuius secundum naturam maxima vis est) nos eò trahit: Aphorismos in alphabeto adhuc hærentes disciplinæ medicæ balbutimus, libellum ipsum ambulantes, stantes, sedentes, manu terimus, in sinu gestamus: securi interim quid Elemẽtum, quid Temperamentum, quid Humor, quid Pars seu Membrum, quid Facultas, quid Actio, quid Spiritus, quid Sanitas, quid Morbus, quid

Caussa

Caussa morbi, quid Symptoma, quid Crisis, quid Medicamentum, & τὰ τοιαῦτα sint. Nec de nostri ordinis hominibus id solùm affirmarim: sunt & aliarum artium professores & discipuli, quibus si non omnibus, at aliquibus bene à natura informatis curæ est, non ignorare quæ quantæque res in Aphorismis contineantur. Apparet in antiquitate quoque tam familiares doctis eos fuisse, quàm vel Homeri aut Hesiodi carmē. Quæ Deum immortalem isthæc cupiditas est? quis genius libro huic præsidet, (vt certè *Victurus genium debet habere liber*) viridi semper iuuenta, vt ipse Phœbus, florenti, numquam senescenti? Quid caussæ quur præter paucos, quos Musæ ipsæ auersantur, quicquid est hominum venustiorum, voluptati sibi ducat, rimari quis paucûm verborum sub inuolucris tantarum rerum lateat thesaurus? Quid aliud quàm incredibilem vim veritatis, omnium gentium & seculorum consensu roboratam? cùm sanis omnibus persuasum sit, ipsam nostri rectricem naturam, si vocem rumperet, idem sonaturam quod optimus eius interpres hisce sententiis sonuit Hippocrates Diis genitus, Deus & ipse: qui quò propius sua cognatione duo Græciæ maxima numina, maximeque culta, Herculē & Æsculapium (etenim ab hoc

x x, ab illo x I I x numeratur) attingit, eò diuinitatis plus ab vtroque traxiſſe exiſtimandus eſt. Sed mihi præter cætera egregiè probatur illud quod inter initia commemoraui de Philippo, auditũ ex eo eſſe cùm diceret, non exiſtimare ſe, ſententias quæ Aphoriſmorum nomine circumferrentur, tum primùm cœpiſſe cùm Hippocrates eas congeſſit, ſed multis ante eũ ſeculis, in ſchola ſanctiſſimorum patrum Hebrææ gentis, (quibus & ortus ſui maximam partem deberent) celebratas fuiſſe. Vidit hoc vir catus & iudicio præſtans, maius quiddam & diuinius in ſe habere ῥῆθρα illa, quàm vt homo, non Deus, illorum auctor perhibeatur. Vnde & apud veteres dici meruerunt, & nunc quoque merẽtur Oracula, ædepol certiora multò quàm *Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur*, ſecundum verſum Lucretii. Mirandum in modum hoc confirmat id quod de Æſculapio primo artis inuentore (quod nomen natione Hebræum eſt, ab aeſch & celeph compoſitum) vetuſtas memoriæ prodidit, ex Ægypto eum in Græciã veniſſe, artemque (cuius cauſſa inter Diuos relatus eſt) principem ibi exercuiſſe, ſcholã denique aperuiſſe, in qua tabulis inciſa dogmata ſua aſſeruarentur. nec aliam à Troicis temporibus in familia Aſclepiadarum (poſteri

Pauſan. in Corinthiac. Antoninus Imper. in Epidauro dicauit ædem Bonæ valetudini, Æſculapio, Apollini Ægyptiis.

(posteri hi fuerunt Æsculapii) disciplinam multis ætatibus viguisse, donec multis seculis post, eadem gente ortus, & superiores omnes ingenii diuinitate præcedēs Hippocrates, sparsam medicinā, & tribus illustrib. scholis Rhodiæ, Gnidiæ, Coæ inerrantē, primus in artis formam redigeret, & monumētis scriptorum suorum reuinciret, non aliter atque Delum

Cynthius arcitenens, oras & litora circum
Errantem, Mycono celsa Gyaroque reuinxit,

secundum Maronem. Hîc mihi verisimile fit colligentem eum quodcūque reliquum fuit eiusmodi sententiarum, idque detersa rubigine polientem, & ad veri trutinam exigentem, nec non cumulo nouarum multis in locis augentem, confecisse quem videm⁹ Aphorismorum librum. Aphorismos autē appellasse, siue quia selectæ maximeque ratæ sunt, & à vulgi intelligentia remotæ, siue quia à se mutuo separatæ, neque perpetuæ orationis tanquam artubus & vinculis colligatæ. Quamcumque enim earum sustuleris, lacunam & hiatū non relinques, neque cæterarum seriem turbabis. Sed neque hæc de diuinitate ortus harum sententiarum, secundum coniecturam magni illius Germaniæ præceptoris, nō dicta sufficiunt. Nā neque nihil laudare, neque nimium laudare

res sua

res sua se bonitate commendantes, vitio caret: & de auctore ipso, seu scriptore earundem Hippocrate, (quē magnum professorem Celsus, Pætus in epistola ad Artaxerxē τῆς ὑγιείας πατέρα, σωτῆρα καὶ ἀκεσώδυνον: Galenus ἄνθρωπον φιλοσοφώτατον τὸ ἦθος, καὶ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν ἡγεμόνα vocat) Salustii illud de Karthagine meritissimo pronunciare possim, silere de eo melius esse scilicet, quàm parum dicere. In hoc igitur argumento tam nobili, tam ex æquo omnibus in omni vita conducibili, si & mea explicantis, & vestra auscultantiū qualiscunque industria occupabitur, haud malè tempus collocatum iri confido.

Quidquid præcipies, esto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles:

Venusini vatis præceptū est. Quod ita quidem obseruauit Hippocrates, vt cæteri scriptores, qui & ipsi breues esse laborarunt, si cū illo comparentur, loquaces pænè omnes depræhendantur, non minus etiam obscuri. At nostri pura, dilucida, candida breuitas, suprà quàm credibile est, intelligentem lectorem afficiens, & tenens vno eodemque angusto alueo vasta maria Galeni explicatoris, nihilominus capit vniuersa: cùm nihil hic doceat quod non ab illo se accepisse fateatur. Sed hîc dū principes illos vobis laudo; quorum alter ad aperiendos; alter ad conseruandos

ſeruandos artis medicinæ fontes diuinitus formatus eſt,& ad hos potiſſimùm (vt ſæpè aliâs)legendos vos cohortari inſtituo,videor mihi quoſdam ſibilos audire, quaſi è cauernis anguium proſerpentum : Non enim ſum neſcius, permultos exiſtere qui exiſtimant, non tantum ſtudii & operæ in Medicinæ principiis & fundamentis probè cognoſcendis ponendum eſſe, quantam doctiſſimi quique per Italiam & Galliam rei natura id exigente ponendum arbitrantur; quorum friuolas & nugatorias rationes prorſuſque ἀμούσους καὶ ἀφιλοσόφους operoſa dictione refellere, fortè putidum fuerit: cùm in mentem veniat, cum iis hominibus rem nobis fore, quorum in animis nulla vnquã veri, boni excellentiſque doctrinæ opinio inſedit: ſiue θεραπευταὶ ipſi ſint; (ſed ex eo genere quos Hippocrates fora perreptare, & in circulis ciuitatum verſari μετὰ πολλῆς βαναυσίης ἀπατέοντας, libro περὶ εὐσχημοσύνης ſcribit) ſiue horum ſubiecta πλούσιοι ἄνδρες καὶ παχέες, aliique horũ calumniis & præſtigiis faſcinati. Dolet vtriſque fortè infelicem barbariei arborem, cuius radices quoque euulſæ putabantur, rurſum fruticari incipientem, nimis tarda incrementa habere, quòd non deſint qui ſubnaſcentes eius palmites teneros adhuc recidant. Quia tamẽ non vnius generis

ſunt,

ſunt, quorum partim improbitate & malitia, partim ignorantia veri peccent, committendum non videtur vt hi meliora numquã ſeſe edoctos queri, illi impune ſe habuiſſe quod immerentibus maledixerint gloriari queant. Itaque orationis huius facilè intelligitis duas partes fore: vnam, qua reſpondeatur illis, ſi fortè ad ſanitatem aliqui redire velint: alteram, qua inſtituti mei rationẽ, cum eius quod traditurũ me profeſſus ſum, argumenti laude coniungã, in eoque quantum cùm vtilitatis & emolumenti, tum dignitatis & amplitudinis inſit, confirmem. Hanc videor magna ex parte abſoluiſſe, ad illam nunc accingor. Eſt autem operæ pretium audire, qui tã inconſentanea garriunt, quibus fucis ea pingant, quibus calamiſtris inurant. Quorſum, inquiunt, exquiſita illa & recõdita, & ex ipſis Peripateticorum vmbraculis & ſpaciis, quorũ nemo Remp. adiit, nemo Medicinam ægris fecit, nemo pharmaca triuit, tranſumta doctrina opus eſt? Non eloquentia, ſed rebus morbi curantur: vſu, non diſputatione agricola fit aut gubernator. Ac videas, qui ſe totos Græcis Latiniſque ſcriptoribus immerſerunt, tanto imperitiores cæteris haberi, quanto ars ipſa periclitandi experiundique aſſiduitate maiore gaudet: iiſque cùm magna negotia incidunt,

cidunt,& in acie (quod dicitur) nouaculę salus ægrotantium consistit; cùm maioris periculi morbi aut symptomata vrgent; ferè præferri minus politos & ἀκόμψους ἰατροὺς, opinionem tamen magni vsus expertæque industriæ habentes: quòd ab illis præter sententias quasdam Hippocratis bellas & elegãtes, (quid ni?) præter Galeni ratiocinationes argutas, & ad amussim logicæ methodi scitè tornatas, nihil afferri posse putetur: ab his verò vigor & quasi succus salutaris cõsilii auxiliique præsentis copia exspectetur. Ecquæ enim vtilitas ad ægrum redit ex accurata distinctione earum rerum, quas nisi exactè quis norit, medendi methodum constitui posse negãt? Quæ isthæc intẽpestiua diligentia, nõ modò, quæ inter manus & oculos versantur symptomata, quibus cum conflictatur æger, minutim scindere δίπτυχα, τρίπτυχα, vt sacerdotes Homerici victimas: sed de præcedentibus etiam interrogare, & occasionẽ qua morbus inuasit scire velle, prãsumne an ieiunum præhẽderit, lotumne an illuuie squalidum, laborine an ocio deditũ: tum olusne an pisces in cœna sumserit: tum simul in rem præsentẽ ventum fuit, quærere quæ ætas sit hominis, quæ temperatura corporis tã congenita quàm adscititia, & æqualisne illa omnium partiũ, an inæqualis, & cuiusque

iusque visceris, vel aliquorũ peculiaris, quæ cerebri, quæ cordis, quæ epatis, quæ ventriculi κρᾶσις, quis habitus corporis, qui color, qui calor, qui pulsus arteriarum, qui morbi ei familiares sint, frequentibusne catarrhis laborarit, & quò ferri & decumbere illi soliti sint, quo victu vtatur, & olim vsus sit: denique quæ regio, quod cœlum, quæ exercitia sint, quę studia. Quibus enucleandis & edisserendis per mutuas διατριβὰς (quas cõsultationes & collegia vocant) quid proficitur tãdem? Quid scire refert quomodo quidquẽ acciderit, quos progressus habuerit, quẽ ad finem tendere, quò exiturum speretur, quæ quantæuẽ ægrotantis vires, quę magnitudo morbi, quot gradibus ἐκτροπὴ facta sit à constitutione salubri: quid spissè cõsultare quæ ineunda curandi ratio, quæ remedia adhibẽda, quàm generosa & valentia, quo ordine, priusne clyster iniiciendus quàm vena secãda, præparandus antè humor quàm pharmaco ducendus, quo tempore quidque agendum, quo Lunæ variantis aspectu: denique qui locus in corpore emplastro induci, oleo pinguefieri, epithemate irrigari postulet: si, dum inter se digladiantur, quærentes talia, ἢ πολὺν λόγον ἢ πολὺν ὄχλον παρέχοντες, nihil opis laboranti adfertur? At medicus, verè medicus qui sit, simul adspexit ægrum, quod agat,

cidunt,& in acie (quod dicitur) nouaculę ſalus ægrotantium conſiſtit, cùm maioris periculi morbi aut ſymptomata vrgent, ferè præferri minus politos & ἀκόμψους ἰατροὺς, opinionem tamen magni vſus expertæque induſtriæ habentes: quòd ab illis præter ſententias quaſdam Hippocratis bellas & elegãtes, (quid ni?) præter Galeni ratiocinationes argutas, & ad amuſſim logicæ methodi ſcitè tornatas, nihil afferri poſſe putetur: ab his verò vigor & quaſi ſuccus ſalutaris cõſilii auxiliique præſentis copia exſpectetur. Ecquæ enim vtilitas ad ægrum redit ex accurata diſtinctione earum rerum, quas niſi exactè quis norit, medendi methodum conſtitui poſſe negãt? Quæ iſthæc intẽpeſtiua diligentia, nõ modò, quæ inter manus & oculos verſantur ſymptomata, quibus cum conflictatur æger, minutim ſcindere δίπτυχα, τρίπτυχα, vt ſacerdotes Homerici victimas: ſed de præcedentibus etiam interrogare, & occaſionẽ qua morbus inuaſit ſcire velle, prãſumne an ieiunum præhẽderit, lotumne an illuuie ſqualidum, laborine an ocio deditũ: tum oluſne an piſces in cœna ſumſerit: tum ſimul in rem præſentẽ ventum fuit, quærere quæ ætas ſit hominis, quæ temperatura corporis tã congenita quàm adſcititia, & æqualiſne illa omnium partiũ, an inæqualis, & cuiuſque

iusque visceris, vel aliquorũ peculiaris, quæ cerebri, quæ cordis, quæ epatis, quæ ventriculi κρᾶσις, quis habitus corporis, qui color, qui calor, qui pulsus arteriarum, qui morbi ei familiares sint, frequentibusne catarrhis laborarit, & quò ferri & decumbere illi soliti sint, quo victu vtatur, & olim vsus sit: denique quæ regio, quod cœlum, quæ exercitia sint, quę studia. Quibus enucleandis & edisserendis per mutuas διατριβὰς (quas cõsultationes & collegia vocant) quid proficitur tãdem? Quid scire refert quomodo quidque acciderit, quos progressus habuerit, quẽ ad finem tendere, quò exiturum speretur, quæ quantæue ægrotantis vires, quę magnitudo morbi, quot gradibus ἀκρότη facta sit à constitutione salubri: quid spissè cõsultare quæ ineunda curandi ratio, quæ remedia adhibẽda, quàm generosa & valentia, quo ordine, priusne clyster iniiciendus quàm vena secãda, præparandus antè humor quàm pharmaco ducendus, quo tempore quidque agendum, quo Lunæ variantis aspectu: denique qui locus in corpore emplastro induci, oleo pinguefieri, epithemate irrigari postulet: si, dum inter se digladiantur, quærentes talia, ὃ πολὺν λόγον ὃ πολὺν ὄχλον παρέχοντες, nihil opis laboranti adfertur? At medicus, verè medicus qui sit, simul adspexit ægrum, quod agat,

exploratum habet. dolet ille, dictum factũ, quod mitigãdo dolori sit, administrat: calet, præsidia opponit calorẽ temperantia: alget, calorem inducit: ἀνορεκτεῖ, id est, fastidio cibi torquetur, ἐυστομάχοις ventrem roborat: fusa aluus est, stringit: adstricta, laxat: vigiliæ molestæ sunt, somnum prouocat: sitis vrget, potum exhibet. Sic vt quidque ei primum se offert, sic sternit & iugulat, vt Achilles, Hector, Æneas in acie præliãtes proxima quæque metũt, nisi vnde maius imminere periculum, qua hostis maiorem, si negligatur, stragem editurus videtur, eò conuertant aciem: vt Æneas vnum ex omnib⁹ Turnum, Achilles vnum Hectorẽ petit: quippe quo sublato vniuersa legio, vt in curationibus iugulato morbo, & huius quasi neruis incisis, symptomatũ quantacunque vis & varietas est, inclinatura speratur. Hæc neque in necessariis deficiens, neque in superfluis redũdans medicatio, quanto siue salutem patientis, siue dignitatẽ agentis spectes, quàm prior illa ἄνω κάτω rem versantum, exquisiteque caussas sciscitantium, in omnem partẽ quod agere instituunt deliberantium, expeditior ac tutior est. Quamobrem concludũt, quoniam in agẽdo omnis laus medici consistit, quàm celerrimè à contemplatione ad opus descendendum, ex vmbra in lucem prode-

undum

undum esse, tantoque feliciorem fore honoratioremque, qui inter ipsa rudimenta, quæ magistro tradente imbibit, iam tum periclitari vires & industriam suam audet, vt γνήσιοι aquilarũ fœtus, cute nondum plumis vestita, volatus simulacra cient, succutiendo & motando alas: altero, qui Chærephontis more ad sessiones assuefact⁹, chartis impallescit Galenicis, serò animum multa cultura subactum & grauidatum tanquam fœtu lectissimarum præceptionum erigit, ad ægrotantium spem salutemque confirmandam, fata hominum regenda. Eant nunc methodorum ingeniosi artifices & πρεσβευταὶ, ἀναλύσεως, συνθέσεως, ἀποδείξεως θαυμασταὶ, definitionum bellissimarũ fabri, diuisionum à summo genere per media spacia, veluti per constratos gradus, ad infimam speciem decurrentium architecti, argumentationũ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ad effecta, ab effectis ἐπὶ τὰς ἀρχὰς quasi in orbem ductarũ constructores: qui nullam artem absque hac scrupulosa, iniqua & salebris horrente via, quam (si Diis placet) Methodi nomine venditant, percipi, perceptam ad vsum accommodari posse contendunt. Qui identidem nobis πολυθρύλητον illud occinunt de duobus medici cruribus, quorum alterum ratio, alterum experientia, hoc sinistrum, illud dextrum dicatur: quo nisi quis

vtroque nitatur, mancam, mutilam, vacillantem πορείαν illius fore cēsent: scilicet hos esse quos χαρίεντας appellat Aristoteles ἰατρὺς, eruditè doctos, elegantes, humanitate politos medicos, physicos: eant nunc, inquam, & cū illis sese vlla ex parte conferendos prædicēt. Hæc & horum similia plæraque, quibus inculcandis equidē in præsentia supersedebo, magna cū indignitate audias in eos qui Hippocraticos se profitentur, tanquam tela iaci ab hominibus non illis obscuris, & imi subsellii duntaxat, sed & lauti generis aliquibus nec indoctis. Memini enim audire me, cùm magna vir auctoritate, magnisque missus de rebus legatus, tentante eū siue erysipelate, siue phlegmone, quadam in parte, medicos accersendos curasset, iique alius aliunde aduenissent Doctores, nullū horum placuisse: tādem βαλανέα eius loci, mederi solitum hominibus ἀγροίκοις, & horum etiam interdum patronis & ciuibus, quòd aliqua eius fama esset, accitum esse. Quem simulac conspicatus esset, rubra barba insignem, & mystace prominulo, tunica etiā argenteis fibulis reuincta, continuò exclamasse, tandem se nactum, cuius opera vteretur, idoneum hominem, eundemque verè medicum: sic cæteros omnes non obscurè sermone ab eo vpulasse, huic vni palmam tributam fuisse.

Qui

Quid primum ex his, quid vltimũ refutare ingrediar? Nam mihi idẽ ferè quod ὑλοτόμῳ Theocriteo in mentem venit, dubitare, quã prius, quam posterius cædam arborem, in tanta congerie stipatorum criminum, ipso numero terrentium. si crimina tamen sunt reprehensiones ipsa inanitate inaniores, putidæ, leues, friuolæ, ieiunæ, φλυαρίαι tantùm ꝙ λῆροι λήρων, cuiuscũque tandem ἀξιώματος viri eas iaciant. Quòd si ex iis etiam qui doctos se perhiberi volunt, sunt qui eiusmodi emblemata sermonum spargunt, tanto nequiores cæteris censendi, tantoque in rem litterariam magis iniurii sunt, quanto minus decebat ex eadem schola prodeũtes, & liberaliter educatos, tam φορτικὸν sapere, tam populare loqui. Sed ad rem. Accusationis (si qua est) vniuersę summa ferè & caput in eo consistit, quòd superuacaneũ & ab instituto alienum haberi volunt, quodcunque non modò ex aliis artibus & disciplinis ad complendam, omnibusque numeris absoluendã rei medicæ scientiam sumitur, sumendique nobis auctores sunt magni viri: sed & in rebus suæ artis vltrà quàm par est voluendis tractandisque temporis & studii speculando consumitur. Id verò quàm absurdè dicatur, quàm non ex dignitate tantę artis, quam veri magister ille & parens Hippocrates cæ-

terarum omnium ἐπιφανεστάτην, alibi etiã difficillimam eſſe pronunciat, facilè, ſi benignas aures mihi præbueritis, dicendo fidem fecerim. Nam primum omnium, ſi hoc ipſis concedam, nihil aliud in iis qui ſe totos medicinæ addixerunt, requiri quàm vt quibus inſtrumentis quos ad morbos οἱ χειρώνακτες celebres vſi fuerint, quibuſque nunc vtãtur, quorum in diſciplinam ſe tradiderũt, à quorum latere nunquam diſcedunt, carptim notent, & vel chartis calamo illinant vel memoriæ affigãt: (nam nec hypomnemata rerum inſignium ſenſu perceptarum conficere in præſidium memoriæ, non multis profuit) hoc, inquam, ſi concedam, vereri in mẽtem venit, ne, quæ inter liberales & ingenuo homine dignas, ȣ̃ τῆς φιλοσοφίας ἐχομένας diſciplinas habita fuit, meritoque habenda eſt, affirmantibus Hippocrate & Galeno, optimum medicum eundem & philoſophum eſſe, eam ad Mechanicas remittere, & in ergaſteria opificum, præter lucrum, nullius auara, contrudere videar, nimiumque ſaluare Plinii illud, exiſtimantis, propterea medicinæ artem quamuis ſalutarem, diu neglectã, incultã ac derelictam iacuiſſe apud Romanos, quòd grauitate ſua indignam eam ducerent, vtpote Græculam artem & erraticã diſciplinam, quamque liberti fere (qua conditione

ditione & Antonius Musa Augusti medicus fuit, iure idem tamen aureorum annulorum aliquanto post ab eo donatus) exercerent in illustribus familiis potentiorum ciuium, cùm iidem essent & chirurgi & pharmacopœi: quales apud Ciceronem Curio, Dionysius & similes leguntur. Apage, non placet hoc nominis & ominis: ferẽdum minimè est, vt ex hac tanta indignitate labes dignitati illius aspergatur. nec ita de genere humano merita est custos vitę & incolumitatis omniũ nostrum, vt censu nobilissimarum artium priuetur. Nam quod nascentes hanc lucem hausimus, quod per ætatum gradus scandendo sensim adoleuimus, quod morborum graues sæpè tentationes & impetus sustinuimus, hisque profligatis bona valetudo consecuta sit, quod ἀλύπως consenuimus: cui nisi moderatrici illi totius cursus vitæ hominum, secundum Deum, acceptum referemus? Hãc igitur talem, tanti boni, quo sine beatũ felicemque in terris perhiberi quẽquam posse negat Philosophus, quo destituti, mœrentes, flentes, lacrumantes (qualem Philoctetem Tragœdiæ inducunt) vitam exigeremus, aureæ nimirum Pindaro appellatæ sanitatis auctorẽ & vindicem artem, exterminatam velut vrbe, agro, finibus philosophiæ rerũ pulcherrimę,

ſuoque ambitu omnem ingenuarum artium chorum complexæ, εἰς ἰατρεῖον tanquam tabernam & officinam omni genere armamentorum inſtructam relegare, quod ſcelus foret, quod dedecus, quæ immanitas? Et id tamen velle videntur, quos contra diſputandum nobis hoc ſermone eſt. Quò enim iſta pertinent: Ingreſſos in palæſtram medicam oportere vniuerſæ philoſophiæ nuncium remittere, Græcas Latinaſque litteras quàm parciſſimè attingere, & vnicè cauere ne verbo potiùs quàm ἔργῳ medici audiant. Quid id ſit, non ſatis intelligo. Nam nèque nos λογίατρον quendam καὶ σοφιστὴν in ſcenam producimus, de rebus medicis doctè ſolùm, vt Phormio de re militari, diſſerentē: ſed qui quod medicorum eſt, id efficiendi facultate polleat, neque fama magis & opinione, σχήματι, στολῇ, προσώπῳ, quàm opere, re, facto medici perſonam tueatur. Quæ ſi citra eam quam rei natura, & huic conueniēter docens monſtrat Hippocrates, rationem conſecuturum quis ſperet: licet eat

Quò clamor vocat & turba Quiritium,

diſtractaque omni librorum ſupellectile ἐγχειρίδια, pugillares, codicillos ſibi comparet, & veſtigia premendo alicuius magiſtri τῶν δοκιμωτάτων, huius conſilia, dicta, facta, ſtylo perſequatur, eademque æmuletur: loca

doctrinæ

doctrinæ publicæ tanquam λέχας de industria viter, colles duntaxat, valles, syluas, dumeta perreptet, variorum generum lectissimas plantas radicitus solo vulsas domum asportet, has in vsum medicum reponat, his purgandis, coquendis, miscendis, temperandis, horam, diem, annum occupetur, paulatimque idoneis armis, quibus aduersus hostes vitæ nostræ, qui morbi sunt, pugnet, sese instruat: circum oppida & villas, cum eo quem principem sibi legit, spacietur, ægros visat, hos languere incipientes, adhuc stantes tamen, ne labantur, adminiculis quibusdam fulcire, hos depositos & planè desperatos potionibus recreare, hos conualescentes ad prioris vitæ consuetudinem lentè reducere consuescat. Nam ne collegiis quidē & Academiis opus fuerit, & æraria publica alendis doctoribus minus exhaurientur, si, quemadmodum tonsores cinerarii, aliptæ, gymnastæ, suas quasdam p[riu]atas scholas habent, domi suæ alentes q[uo]s pacta mercede in annos certos informent: sic lege quadam sanciatur vt Physici qui appellantur, itidem in disciplinam tradendos sibi curent quos Iatricen doceant, nec id veterū monumenta interpretando, sed vt quoque tempore obseruatu dignum aliquid sese obtulerit, id nō celando hiantes illos, & auribus oculisque,

quæ fi-

quæ fiant quæque gerantur, exceptantes. Ac si fas est dicere verum, propemodum in eum locum res deducta est, muta sunt auditoria, parietibus concionamur, vel probatissimi & optimi perhiberi qui cupiunt ex discipulis, ab hac cõsuetudine quàm proximè absunt. Excutiat aliquis omnes eorum rationes, studia rimetur, familiarius exploret, habitum, consilia, mores: dispeream si non quemadmodum præclari illi censores volunt, animati deprehenduntur. Itaque excurrentibus aliis supra alios medicis, & nimia crebritate vilitatem & contemtum pariente, nõ pluris hodie ars fit quàm quæuis mechanicarum: paullulum vltra primas disciplinas progressi, & Latinæ linguæ vix, ac ne vix quidem mediocrẽ vsum, Græcæ perexiguum consecuti, nec dum compendiis artium (quibus solis sese inferciunt, Platone, Aristotele, & Galeno valere iussis) satis feliciter nutriti, ad facultatem medicam (sic vulgo loquuntur) animum adiungunt, in hanc curiam transcribi volunt. In quo stadio ita decurrunt, vt quod principium cursus esse debebat, id sibi metam proponant, prius manibus terentes antidotarios libellos, quàm vel per transennam aspexerint rudimentorum informatas tabulas, prius solicitè exquirentes quid sibi Arabicæ figuræ, ponde-

ponderum notæ, quibus vtimur in exarandis ſchedis, quas Pharmacopœi intelligant, quid remedii hoc vel illud ſit, cur Lohoch, Suffuf, Sief, Cucufa, Sparadapũ appelletur, quàm omnino quid ſit medicamentũ, quid morbus, intelligentia comprehenderint. Præclarè ſecum agi putant, ſi ex omni numero Aphoriſmorum inſigniores aliquot memoriæ mandent, quos identidem in omni ſermone crepent, & velut condimenta inſipidæ locutionis aſpergant. Verbi gratia: Concocta medicari, cruda non mouere: Omnia agenti ſecundum rationem ſi non ſuccedat ſecũdum rationem. Rotundius & venuſtius ſi Græcè eaſdem cantillent, ἄοκνησις ὑγιίας ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων, &c. Hoc verò palmarium ſe reperiſſe putant, quo mirificè ſibi placent, ſi quando è pharmacopœorum libris pauca quædam ſublegerunt, vt fandi de his rebus facultas aliqua iis ſuppetat, Aromatarios pungere, vellicare, cum iis expoſtulare, dicere non rite componi medicamenta, opus eſſe exquiſita ἐξετάσει καὶ ἐπανορθώσει tam operarum quàm præfecti. Sic miſeri, vt aquilæ, ſuas ipſorũ in vulneribus ſuis pẽnas agnoſcunt. niſi enim hi priores illis monſtraſſent, quod de his rebus garrirent, compilatores iſti τῶν αὐτοσχεδίων γραφῶν, (quas Recepta nominant) ſeruum genus, medicinam

non in

non in pectore sed chartis gerentes, non hærent. Sed quò me rapit impetus, præpostera damnantem quorundam studia, nec sine stomacho, qui ea sententia sunt, vt non modò non necessariam futuro medico suæ artis principiorum accuratam noticiam, sed omnem etiam eruditam doctrinam, omnẽ ingenuo homine dignam cognitionem, omnem denique sapientiam longo interuallo ab arte nostra disiunctam, extraque cancellos eius positam existiment. At certè maiores nostri Medici illi barbaro seculo nati (quos, si Diis placet, inertiæ & desidiæ etiam damnent hi, quòd cum pharmacopœis minus acriter contenderint, rarius ἀποθήκας lustrarint, rem herbariam incultam desertamque obsolescere passi sint, frequentius in cathedris quàm myropoliis conspecti sint) nõ hæc exempla nobis reliquerũt: sed cùm ipsi formandos se à puero philosophis tradiderunt, tum posteris idem faciendi auctores fuere. Non officinarũ prius quàm scholarũ βήμματα esse voluerunt, non prius tectum imposuerunt quàm fundamenta domus locarunt, non prius natandi peritiam iactarũt quàm subere & cortice muniti, vtribusque inflatis innixi, periculum eius in flumine fecerunt. Itaque quòd non puderet eos à philosophis principia artis doceri, & sementem quan-

tem quandam doctrinæ facere, ii euaſerunt artifices, ad quorum excellentiam nobis ne aſpirare quidem licet, eaque monumenta ingenii poſteris reliquerunt, quibus conſecrata apud omnes nationes viget eorũ laus, vigebitque ſempiternum. Et hi tamen Barbari Barbarorum item, vt Maurorum, Arabum, Pœnorum ſectatores audiũt: nos verò elegantes, Hippocratici, Galenici. Quaſi minus elegantia in rebus quàm verbis inſit. Barbari illi fuerunt: quis negat? at verbis ſolùm, nec id tamen ſua culpa. Hæc illis ſuppeditaſſet, qua nos abundamus copia: hoc lumen litterarum contigiſſet, cuius fulgorem inſtar veſpertilionum plærique degeneri acie non ſuſtinemus: hæc vtramque linguam diſcendi occaſio data: qui cætera minimè ſegnes, & ad omnia promti & alacres, a quibus aliquid adiumenti ad artem dignè exercendam ſibi allatum iri ſperarent, cognoſcenda fuerunt, commiſſuri nõ erant vt vno in hoc, quo niti omnem ſolidam eruditionem intelligerent, diligentia deſideraretur ſua. Nam quarum rerum fontibus repurgatis patrum memoria princeps Leonicenus medicinam inſtaurauit, eas res maluiſſent profectò complecti, & maturè relictis glandibus ad fruges redire, quàm in putidis verſionũ incõſentaneatũ lacunis natare: in quo
ſtudio

ſtudio tamẽ ita profecerũt, vt ex malè Latinis interpretationibus rectius mentẽ Hippocratis & Gal. venati ſint, quàm nos ex elegantibus Linacri & aliorum conuerſionibus. Nam Græcum textum quotuſquiſque eſt qui legere ſuſtineat? quòd omnis ardor diſcendi refrixit, quòd nemo corticem frangere, omnes nucleum mandere volumus. Pauciſſimi omnium qui oſtia τῶν ἰατροδιδασκάλων pulſent, ipſos terminos & vocabula (cui rei tantum tribuunt Iuriſconſulti, vt in ignoratione terminorum progredi poſſe negent Iuris ſtudioſum) diſtinguere, & quæ cuique res ſubſit, ſcire laborent. Hinc tot σφάλματα in diſputationibus, cùm quid παθογνωμονικὸν, quid συνεδρεῦον, quid ἐπιφαινόμενον, quid ἐπιγινόμενον, parum norunt. Quòd ſi dormientibus nobis Iatricen, vt Heſiodo Poëticen Muſæ, Deus aliquis inſpiraret, & iuxta linguarum noticiam, qualem doctore & magiſtro Spiritu ſancto acceperũt Apoſtoli, cum idiotæ eſſent, impertiretur, fortè nec libris nec interpretibus horum opus eſſet. Nunc cùm fieri non poſſit, vt quibus omnis vis & ratio medendi continetur, monumenta principum in arte virorum, cum fructu verſemus, non intellecto genere ſermonis quo ſcripta illa ſunt, non ſolida item cognitione eius philoſophiæ, ex qua tamquam

quam fonte illa manarunt, instructi: quis tam peruersè sapiens est, tam rerum imperitus, qui cùm videat necessitatem planè sibi imponi, ea præsidia comparandi,
Quis sine nec potuere seri, neque surgere messes
doctrinæ medicæ, dubitat adhuc potiorem ineuntis disciplinæ partem in philosophicis cõsumere, quibus quasi solum quoddã sternatur sustinendo ædificio doctrinæ eius artis, quam factitare in animum induxit, vt bene firmum & validum sit, ne sophismatũ veritati illudentium velut imbribus perpluat. Non equidem postulo, vt totam Encyclopædiam, quam Græci vocant, orbem illum disciplinarum exhauriant: angustioribus spaciis curriculum hoc includo: (quanquam si standum est eruditorum arbitrio, nulla ars sit digna hominis liberaliter educati studio, cuius non aliqua cognitione oporteat esse tinctum, qui medici χαρίεντος appellati Aristoteli personam sustinere volet) quæ ignorari saltem a nobis absque scelere non possunt, vt cùm Platonis & Aristotelis de natura disputationes ad fundamẽta Hippocratis aptæ sint belleque congruant, vtpote ex his ipsis deductæ: quòd princeps Hippocrates tanquam ex adyto cordis hanc vocem sonuit: ex calido, frigido, humido, sicco constare nostra corpora, totius philosophiæ

ſophiæ naturalis Platonicæ & Ariſtotelicæ κρηπῖδα: Galeni autem locupletiſſimæ commentationes, exceptis paucis, in quibus Ariſtoteli cum Hippocrate non conuenit, (ab hoc enim diſſentire ei religio eſt) ab illorũ norma haud facilè diſcedant: ea ne faſtidiamus, auctor ſum & ſuaſor. Sed fruſtra fortaſſe, quando communis quædam labes publica Academiarum ſtudia hodie inuaſit, vt poſtquam ad ſummum peruenimus, paullatim ad ima relabamur, glandes eſuriamus; Acheloum ſitiamus, quòd frugum & vini ſatietas nos cæperit. Magno conſtitit heroibus illis, quos ad inſtauranda quarumcunque artium & profeſſionum ſtudia diuinitus excitatos vidit ſuperior ætas, lauta illa, qua hodie fruimur, librorum veterum & in ſuo quorumque genere præcipuorum ſupellex: nos, tanquam parum referat, fontes ne an riuulos conſectemur, non pluris illã facimus quàm infelices aliquot hoc æuo prodeuntium ſcriptionum partus, quibus ſi eximas, quibus alicubi perſperſæ ſunt, ac velut tibicinibus fultæ, veterum ſententias; nihil relinquetur quod magnopere admirêre, quin ruent & in pappos inſtar florum quorundam euaneſcent. Non facerent autem quibus res ſua cordi eſt, & potius audirent cordatos & ſapientes, quibus placuit, ſemper-

ſemperque placebit, ut quidque à veterum polita grauitate propiùs abeſt, ita pōderis & auctoritatis plus habere. Deorum manus, ſiue ſalutaria præcepta artis, ſiue remedia has appellemus, non ex lutoſis riuulis, non ex obſeruationibus Empiricis, ſed ex Hippocratis & Galeni fontibus haurirēt. Compendia eatenus ſectarētur, quatenus χειραγωγοὶ & duces eſſent ad caſtella & arces diſciplinarum: ſin ad ea tanquam polypi ad ſaxa adhæreſcere, & in iis ætatem agere volent, neque unquam ad aureos illos omnis liberalis perfectæque doctrinæ fontes, ingenii aciē conuertere: experientur aliquādo ſe non ſcientiæ theſaurum per tempus ſtudiorum collegiſſe, ſed τὸν ἀτεχνίης συρφετὸν perperam diſcēdo traxiſſe, eo quidem immaniorē, quo ars ipſa difficilior eſt, & plus quàm cæteræ ſtudii requirit. Huc igitur omni cogitatione, remiſque (quod aiunt) & velis contendite, ut maturè relictis, quos interdum non attigiſſe ſatius erat, riuulis, lutulentum perſæpe fluentibus, viuos illos latices monumentorum, qui nerui & artus ſunt ſcientiæ vniuerſæ, quam expetitis, nō deguſtetis ſolùm, ſed iis penitus vos immergatis. Italiam bonarum artium parentem adire libet, ſed per fortunas non licet? At hi ſolentur ſe hoc diſticho:

Libris te abde bonis, magnoq; immerge Gale-
Et verè in media sic eris Italia: (no,
Per magni qui se voluit monumenta Galeni,
Hic verè in media est Græcia & Italia.

Si qua ars ingeniosos, sollertes, φιλοπόνους, diligentes requirit, hæc vel maximè est, siue quia multas artes vna cõplexa est, siue quia in nullo (ut Plinius ait) periculosius mendacium est, quàm in eo qui se falsò medicũ profiteatur. Addam vnum & perorabo. Quisque vestrum, qui Medicinam amplectimini, hunc scopum animo & cogitatione sibi præfigit, habitu vt artis acquisito, rem & gloriam medendo pariat. At optimus morborum curator is est, iuxta Hippocratem, qui τὴν προγνωστικὴν egregiè callet, qui præsagiendi facultate cæteros antecellit: qui τὰ παρεόντα (præsentia) apud ægrotos commemorat, τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι (id est futura) prędicit, τὰ προγεγονότα (id est dudum prę-terita) sermone recludit, & abdita rerum in luce ponit, τὰ παραλειφθέντα (id est, ea quæ narrando omisit æger) suppleat. Hũc enim talem ægri admirantur tamquam supra hominem quid sapientem, eique magna fiducia se committunt. At prognosticus nemo bonus euaserit, qui non idem antè bonus sit διαγνωστικὸς, hoc est, morbum, morbi naturam, caussas, progressus, mores, quantum-

que

que ſupra laborantis vires ſua ſe magnitudine efferat, plenè perſpectum & cognitũ habeat, & totã σημειωτικὴν, παθολογικὴν, αἰτιολογικὴν ſcientia comprehenderit. Quia verò in quo ut ſubiecto hæret morbus, corpus humanum eſt, non quale in ſpecie, ſed quale Dionis, Socratis, & ſuum cuiuſque: per quæ autem, ut inſtrumenta, operatur Medicus, cibi ſunt & pharmaca: certè Phyſiologicen & totam ὑλικὴν ſimiliter didicerit oportet: quæ ſingula eiuſmodi ſunt, vt ſtudii intentionem, quantam vix vlla aliarum artium, requirant ſingularem, nedum vniuerſa: vt non fruſtra dictum ſit ab Hippocrate, vitam breuem eſſe, artem verò longam. Caueat igitur quiſque, ne ipſe ſibi imponat, & fretus obſeruationum, quas obeundo ægrotantium lectulos inſcitè colligit, centonibus, vniuerſalia, hoc eſt artem ipſam, negligat.

Sed iam tẽpus equũm fumẽtia ſoluere lora. Dixi enim de argumento propoſito, quantũ potui, & rationes veſtræ ferre viſæ ſunt. Nunc vt ad caput reuertatur oratio, quando id muneris mihi & collegis meis datum eſt, vt vera ſolidaque artis fundamenta tradamus: affirmare poſſum, eam rem mihi cordi fuiſſe, meque pro virili mea ſtuduiſſe in eo quod ſuſcepi, operam & ſtudium au-

ditoribus meis prolixè probare. Nec sententiam muto, & polliceor eundem me futurũ qui fui, si p vos licebit, si, quã mihi & aliis adhuc præstitistis, eã in posterũ enarraturo aureolas illas Hippocratis sententias, operã præstiteritis assiduitate auscultationis. Sic enim temperabo totam hanc rationem, ut auditor, quicũque sit, (non iam moror palãtes illos & vagos, quîs tum fortè præsto esse libebit, cùm stipendium numerabitur) præter ingenuæ delectationis fructum, saluberrimam doctrinam, cuius in secunda & aduersa valetudine vsus erit, inde sit reportaturus. Nõ aliud in terris bona valetudine maius bonum est, magísque expetendum homini studioso. Nam cùm imbecilli stomacho (ut Celsus noster ait) omnes pœnè litterarum cupidi sint, maior profectò iis obseruatio necessaria est, ut quod vel corporis vel studii ratio detrahit, cura restituat. Memineritis hîc non Salernitanæ scholæ præcepta, putidos illos rythmos, & liberalib. ingeniis haudquaquã dignos, quos nimio satius est relinquere, quàm mandendis iis menti & linguæ barbariem affricare: sed vnius omnium quos Græcia habuit præstantissimi magistri, & diuinissimi doctoris, cuius auctoritas pro lege est, quémque exquisitis laudum encomiis

comiis in cœlum vexit antiquitas, oracula vobis proponi. Quare ne recta monentem sequi vos pigeat, neve pueros nunc discere, quæ senibus olim profutura sunt, etiam atque etiam pro mea in omnes perpetua & constanti fide ac pietate, proque voluntate cuiusque vestrum rationibus quàm rectissimè consulendi, vos hortor ac moneo. Tāquam igitur vicerim, & quod volui impetrarim, sic finem dicendi faciam, vósque mecum volo veneremini castis precibus ęternum Deum, patrem Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi, in cuius potestate omnium nostrum salus, spes, incolumitas, fortunæ sitæ sunt, ut in hac mœstitia temporum, hoc metu serpentis in vicinia cōtagii, propitius nobis adsit, & à populo sortis suæ, qui Ecclesia est, & huius seminaria scholæ, depulsa in rabidos Scythas, Moschos, Turcas, Hispanos, famē, bellum, pestem, funera cōuertat, nosque in hac Sarepta fouente reliquias non infrequētis nuper cœtus scholastici, benignè tueatur: denique faxit ut cùm veræ & incorruptæ Theologiæ, tum cæterarum quoque professionum, & in primis eruditæ doctrinæ & humanitatis, magno Reipubl. incommodo à plerisque hodie neglectę & fastiditæ studia, quàm maximè in ea efflorescant.

Dixi.

MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ STVDIOSIS IN ACAdemia ad Salam, ANDREAS ELLINGERVS facult. medicæ decanus S.

DIuini ingrediar senis aurea dicta Aphorismos
Interpretari publicè:
Ne, dum operæ feruent, sua quisque & munia tractat
Collega, solus perhibear
Segnis & ignaua lentus terere ocia vitæ, &
Canere mihi & Musis meis.
Gymnasii quota pars ades ô dilecta Salani,
Musis, iuuentus, artium
Dedita nobiliumq́; acri virtutis amore
Studiis, & optimo omnium
Græcia quos habuit mentemq́; aureſq́; magistro
Præbe dociles Hippocrati.
Non ingrata feres, placet: experiare: laboris
Operæq́; positæ præmia
In cognoscendo, diuina stirpe creatus
Alcidæ & Æsculapii,
Quæ responsa suo sacro de pectore, Phœbi
E tripode tanquam fuderit
Ille, laboranti patriæ qui maluit esse
Præsidio, & afflictæ mala
Peste salutē ferre & opē, quàm regna mereri
Vrbesq́;, quas ei obtulit
Persarũ magnus Rex. credite: vera fatebor,
Cùm maximis quondam ingeniis

las abundarit, frugum legumq́ bonarumq́
Ellas repertrix artium:
[N]il tamẽ hoc habuisse viro diuinius unquã,
Maius, meliúsue creditur.
Artis Apollineæ princeps hic dictus, hic au-
Σωτὴρ, ὑγείας καὶ πατήρ. *(diit*
[T]riptolemi in morẽ, Cereris qui semina sparsit,
Hic Æsculapii patris
Auxilia sparsit sæuos iugulantia morbos:
Huic ara Athenis Atticis
[C]onsecrata fuit, viuus numerumq́ Deorum
Auxit. Quid ingentes opes
[D]octrinæ memorem, & Sophiæ præclara re-
Nulli priorum cognita? (perta,
Mutua quæ sumpsere alii, messemq́ laborum
Scribendo peperêre uberem.
Paucis multa docet verbis: arguta, medendi,
Omnem breuitas monstrat viam. (hæc
Quod felix igitur faustumq́ sit, enarranti
Mysteria hæc recondita,
(Quãtũ cuiq́ salus sua cordi, expersq́ dolorũ
Quantum valetudo bona)
Auscultãdo operam date mi: sic digna mane-
Scientiæ vos gloria (bit
Nobilis, ô iuuenes, gratissima pectora Phœbo,
Digni quibus tragemata
De cœnis veterum sollertis acumine mentis
Carpantur hæc bellissima.

PP. Salveldiæ.
V. K. Viibr.
A. M D LXXIIX.

DIVINI HIPPOCRATIS PROGNOSTICORVM PARAPHRAſis poëtica:

AVCTORE
ANDREA ELLINGERO
Medicinæ profeſſore in
Acad. Ienenſi.



FRANCOFVRTI
Apud Andream Wechelum,
M. D. LXXIX.

AD CL. V. IOANNEM POSTHIVM, MEDICVM ET POETAM EXCELLENTEM, IN PROgnosticorũ Hippocratis Paraphrasin, ANDREÆ ELLINGERI

PRÆFATIO.

PROGNOSTICORVM *diui Hippocratis libros,*
Non aureũ poema quale Virgilii,
Sed fonte veri simplicis deductum opus,
POSTHI *medentum gloria, & vatum decus,*
Apollinari laurea cui verticem
Rediminit insignem Æsculapii pater,
Vtriusque spectatam artis ob peritiam:
Trimetris Latinos non ita pridem Iambicis
(Risum tenete chironactes ceteri,
Quibus vnum opus exarare quas intelligant
Operæ officinarum æra pulsantes χαφὰς
Αὐτοσχεδίυς, *vulgo Receptas nominant,*
Per quas miseris languentibus salus redit,
Redit incolumitas annuente numine)
Factos, tibi dono, tibi hunc (si quod operæ
Pretium est) laborem nuncupo: meas aliquid
Putare nugas esse qui soles. tuum hoc
Intelligentis iudicium pluris equidem
Quàm mille aliorum facio, qui laudi sibi

Odisse recta studia, litteras bonas
Ducunt, similesque labra lactucas amant.
Tu præter vnus cæteros rerum egregiè
Consultus harum, idem numerorũ & artifex,
Acie licebit ingenii explores satin'
Idonea hæc conuersio, & cati senis
Dilucidè sat exprimat sententiam,
An vera ratio me in quibusdam fugerit.
Superba nil fastidia istorum moror.
Cane mihi, cane Musis, solebat dicere
Quod Anticidas: non vulgi inertis gratia,
Sua sed artem dignitate metiens:
Par fuerit hîc sentire idem nos & loqui.
Vt omnis hæc contemnat & fastidiat
Chorus medentum, me tamen iuuat diem
Fregisse ludendo morantem talia.
Quicquid sit, inter nos colamus mutuam
Amicitiam, iucundè & alter alterius
In amore, POSTHI, *conquiescamus.* VALE.

Ex Academia Salana.

HIPPOCRATIS COI
PROGNOSTICORVM
sectio prima.

Gal. 1. de Crif. cap. 7. Liber Prognosticorum e solis est acutis morbis.

Inter varia medentium ἐπιτηδεύματα
Antistat vnum ceteris fermè omnibus,
Futura præsagire, & antedicere — προνοίαι
In quoque morbo & quoque in ægro. Nã boni — ἐπιτηδεύειν.
Laus hinc profecta omnisque medici dignitas,
Industriæ admirabilisque opinio,
Honosque famæ & gloriæ æternum decus.
Nam quæ vlla maior vis potest prudentiæ — Gal. 3. vict.
Cadere in hominem qui se medicũ professus est, — acut. §. vlt.
Futura quàm prædicere, & præsentia — 1. Epid. cõ.
Memorare, dudum præterita & recludere — 2. §. 46.
Sermone, & in luce abdita rerum ponere,
Et si qua omisit æger, illa sobriè — Gal. 3 prog.
Narrando supplere? adeò quisquis copia — §. 39.
Per efficacis huius est scientiæ
Instructus, hunc persuaserim facilè mihi
Vt artificem omnes omnium ægrotantium
Scire rationes cèteris perfectius,
Et recta solum posse consilia dare.
Quocirca & huic maiore se fiducia
Committet æger, obedietque maximè.
Curator idem & optimus morborum erit,

Dum cuncta prouidè administrat, quem nihil
Præsentium, nihil futurorum fugit.
Neque enim medendo pote fieri vt cunctis salus
Sua restituatur. multò enim hoc satius foret
Præstabiliusque, quàm sagacis lumine
Præuisa mentis eloqui planissimè.
5 *Quoniam ergo constat interire plurimos*
Vi morbi, ad ipsos antequam aduolent, trucem
Letique frangant impetum potentibus
Succis alexipharmacisque nobiles
Iatri, & haud minus frequentes demetat
Mors sæua falce acuta, quamuis Pæonem
Accersat æger gnarum & Æsculapium:
Nonnulli enim vno vix superstites die
Mansere, confligantur alii longius
Tempus, sed exstingui necesse & hos tamen
Priusquàm ab arte in improbum sibi idonea
Præsidia compararit hostem (siue opus
Victu mederi, siue sollerti manu,
Seu pharmacis) laboriosus artifex:
6 *Nosse itaque oportet quæ sit horum affectuũ*
Natura, quantum & hi laborantis supra
Vires sua se magnitudine efferant.
τὸ θεῖον in morbis.
7 *Si quid etiam in morbis inerit diuini, & hoc*
Prædiscere, omnem & scire prouidentiam,
Quæ denique euentura, quóque sint modo.
Sic meritò & admirabilem sese omnibus
Præstiterit, & prudens bonusque audiuerit
Medicus. superstites fore enim quos viderit,
Hos re-

s rectius seruabit, atque principem
lmam medendo & gloriam vnus auferet,
editata longo tempore promens consilia,
dhibensque rebus singulis quod conuenit.
alutis ergo quisquis & mortis simul
æsagia tanquam ex tripode certa fundere
rit, periclitantibusque digerit
fata, vt hunc seruandum, & alterum graui
orbo interiturum prouidè denunciet:
rationes omnium pulcherrimè
bibit, exors culpæ & improba simul
vindicabit artem & a calumnia.

CAPVT I.
DE SIGNIS IN FACIE.

Considerare porrò in acutis conuenit — 1. Epid. cō. 3.§.1. 6. Epid. cō. 2.§.37.
lunc ad modum morbis. Facies ægri tibi
pectanda primùm indicanda & acriter,
Num similis hæc sit rectè habentibus, sibi
Dissare nec videatur ipsi, an maximè
Dissimilis esse sui ipsius. namque optimum hoc:
At pessimum formidolosum & maximè — πρόσωπον ἱπποκράτειον.
llud, facies ægroti vbi a sani procul
Habitu recessit, dissimillimus & sui est,
Qualem licebit pingere hoc quodam modo: — Gal. lib. de Maraſ.
) Primoris acumen tenue nasi, tempora
*Caua, & * cauati oculi, aurium contractio* — *Oculi subsidētes, Argutæ nares, Latinè quidā vertit.
Frigusque, & ima parte versi leniter
Mollis lobi. 10 *Frons tenta, dura & arida,*

Colorque faciei vniuersa luridus,
Aut cum virore opacus aut nigredine,
Plumbi æmulus liuentis, aut perpallidus.
Diorismi. 11 *Quòd nisi vel aluus in vitio soluta erit,*
Nimisque cita, vel continentes vigiliæ,
Queis integri flos corporis marcescere
Consueuit, aut inedia antecesserit
Famesque suctu depopulans membra improbo,
Formidolosa res grauisque plena erit
Periculi imminentis & prænuncia
Leti. Ergo vbi inter initia illa appareant,
Nec certa coniectura possit ex aliis
Signis peti, quærendum an horum quippiam
Quæ diximus præcesserit. Deprenso enim hoc,
Non adeò magnum & graue subesse periculum
Statuas licet. Nam finiuntur talia
Vno ferè die atque nocte, pristina
Redeunte specie oris, fugiente illa noua
Quam pinxit externa inuenustam occasio.
Quòd si nihil horum dixerit esse, temporis
Nec indicati iam spacio hæc deformitas
Desierit, index mortis aduentantis est.
12 *Sin pòst aliquãto, aut tertio aut quarto die,*
Ægri facies mortifera sese hæc offerat,
Interroganda quære, mox examina
Cùm signa facie in vniuersa cetera,
Tum corpore reliquo & oculis gemmantibus.

CAPVT II.

DE SI-

DE SIGNIS IN OCVLIS.

13 *Si lumen oculus refugit, aut illacrumat*
Præter voluntatem, alter altero aut minor
Fit, dissuetorquetur, nec alba non rubor
*Suffundit, aut * liuent in illis venulæ,* Pallent, C 1.
Aut nigricant, aut lippitudo in ambitu
Concreuit, aridulæque sordes quas voca
Lemas, frequensque motus, aut sublim....
Maior decente, exerti vbi ceu prominent,
Aut quando subsedere nimium & ceu latent
Mersi in profundo, aut squallet ipsa vbi pupula,
Aciesque lucis indiga obscurum micat,
Colorque faciei vniuersæ non suus
Sed planè alienus: hæc mala & letalia
Existimandum, cuncta quæ recensui.

14 *Quin aliquid apparere fortè vbi videris* ὑποφάσεις τῶν ὀφθαλμῶν.
Capiente somnum ægro, caue illud negligas.
Nam palpebræ palpebra non committitur
Persæpe, & has sublucet inter candidum.
Quòd si fluens nec aluus id nec pharmaci
Purgantis expressit potens vis, nec alias
Dormire ad hunc consueuit ægrotans modum,
Vitiosum & admodum exitiale signum erit.

EX PALPEBRA, NASO, LABRIS, NOTÆ. CAP. III.

15 *Palpebra, nares, labra, cùm peruerti amãt,*
Pallentque, liuorque illa teter inficit,

Præsente

Præsente & ex aliis aliquo signis, scias
Iam leti in ipso constitutum limine
Languere corpus omne, & animi totius
Vires. sed & letale signum, frigida
Si labra fiant, & resoluta, & pendula,
Et albicantia. Signa faciei hactenus.

CAPVT IIII.
A DECVBITV SIGNA.

κατάκλισις τῶν νοσεόντων ἡ ἀρίστη.

16 *Sani ferè iacentis habitus in latus*
Cubare dextrum, aut in sinistrum, cruribus
Paullum reductis, terete collo, & brachiis,
Molli vniuersum corpus & flexu situm
Habentem. A medico ad hunc & æger si modū
Deprænditur stratus thoro, longè optimum est,
Sanisque respondet. 17 *Sed ille quo fluunt*
Extensa ceruix, crura supino & brachia,
Minus probatur decubit⁹. 18 *Per & graue est,*
Si pronus æger continere nec valens
Sese ipse, de lecto ad pedes delabitur.
19 *Nudos eundem si pedes offenderit*
Nec hos habentem ardore nimio feruidos,
Si crura inæquali modo collum & manus
Disiecta spargit, nuda volutatque hinc & hinc:
Angoris anxii intolerabilibus malis,
Constantis exitiumque morbi ægro nota est.
20 *Letale & hiantem, semper oreque patulo*
Dormire, (21) *& incuruata complicataue*
Valde, resupinus, crura habere, si iacet.

22 Con-

22 *Contrà timenda protinus est insania,*
Prostrato ubi æger corpore in ventrem cubat,
Non antè solitus capere somni munera
Ad hunc modum: ni tamen id ipsius dolor
Alui coegerit. 23 *At periculi grauis*
Signum quoque, ipso morbi acuti in impetu
Summo & vigore cùm residere æger cupit,
Sit ille quicunque, omnium sed pessimum
Cùm flammeis laborat ex pulmonibus.

Diorismus a consuetudine. ἐπὶ τὰ στέρνα κατακεῖσθαι quibusdam φύσει Gal. 3. p... 39.

CAPVT V.

SIGNA A STRIDORE DENTIVM.

24 *Nec mentis hunc suæ esse dicam, aut non mori*
Quem dentibus stridere consuetudinem
Moremque præter videro: (nam sunt quibus
Id familiare est à puero) delirio
Sed iam vagante, cùm illud accedit, nota
Longè omnium hæc existimanda pessuma,
Iam iam imminentis certa leti nuncia.

πρίσις τῶν ὀδόντων.

CAPVT VI.

SIGNA AB VLCERE.

25 *Siue ante, siue natum in ipso vlcus fuit*
Morbo, intuere. liuet ante mortem enim,
Et aridum apparebit atque pallidum.

CAPVT VII.

A GESTICVLATIONE MANVVM.

26 *Sed*

χῶν φορεῖ. 26 *Sed & manuũ obseruãda acutas per febres,*
Pulmone & inflammato, & in phrenitide,
Dolente item gestus capite, si vultui
Has admouens venatur in cassum, aut legit
In veste teretes textili floccos, leues
Carpitque festucas, & à parietibus
Aufert acus prensuque paleas irrito.
Nam mortis hæc indicia sunt certissima.

CAPVT VIII.
DE SIGNIS A SPIRATIONE.

πνεῦμα. 27 *Creber frequensq; spiritus ingentẽ arguit*
Dolorem & inflammationem in partibus
Diaphragmate superioribus. delirii
Magnus per interualla ductus, longaque &
Rarò coortus signa dat: cùm frigidus
E nare prodit & ore, letale admodum est.

εὔπνοια. 28 *Spiratio in morbis acutis quos febris*
Denis quater illa indicanda lucibus
Non deserit, bona facilisque magnum habet
Momentum, ad ægri, vim, salutẽ, & maximã.

CAPVT IX.
A SVDORE.

ἱδρῶτες. 29 *Sunt optimi morbis in acutis omnibus,*
Si summouent & integrè placant febres,
Fluuntque decretorio in die cutis
Porosæ amictu hidrotes exudans liquor.
Bonique quicunque vniuersum perluunt

Corpus

Corpus refusi æqualiter, vnde facilius
Contingat ægro ferre morbum: inutiles
Incommodique, effecerint si horum nihil.
Sunt pessimi omnium & insalubres maximè,
Qui frigidi, siue omne madeat corpus his,
Seu languidum duntaxat, in quibus caput
Ceruixque facie(s)que vda rore tingitur
Salso, sub ipsam quod fieri mortem solet
In febre acuta ardore vehementissimo.
Verùm ipsa si mansuetior fuerit febris,
Periclum vt absit mortis, hic sudor tamen
Lõgũ fore morbũ docet. 30 *At instar seminũ*
Qui milii inundant colla propter teretia
Tantùm glomerati, hos neutiquam laudo. Boni
Sed euaporando exeuntes, grandibus
Guttisq; manantes. Quod ad caussam attinet,
In vniuersum oportet hæc consideres.
Nam corporum hos vel exolutio elicit, ἔκλυσις.
Durantis inflammationis vel vigor. συντονίη φλε-γμονῆς.

CAPVT X.

AB HYPOCHONDRIIS SEV ILIVM affectibus.

31 *Præcordia inter indicia sunt optima*
In vtraque parte æqualiter quæ mollia
Sensu vacant doloris. Inflammata sed
Dolentia, intenta, aliter inque dextera
Affecta parte, & in sinistra aliter, tibi
Suspecta habentor. 32 *Pulsus in præcordiis* σφυγμός.

Siquis

Si quis inerit, delirium horrendum indicat,
Vel anxiferæ turbationis signum erit.
Verùm aspice oculos sic laborantis. frequens
Nam motus horum, insaniæ incutit metum.
φλεγμονή. 33 *Si durus in hypochondrio existit tumor*
Doloris hasta molle verberans iecur,
Rarum lienem, ventris vtrem turgidi,
Phrenasque septi munere fungentes: malum
Portendit ingens, si per omnem extenditur
Locum: sed altera minus periculum
In parte præsertim sinistra hærens, creat.
34 *Atque inter initia hi tumores indicant*
Mortis periculum imminentis pergraue.
35 *Sin transierint quini quater dies, febris*
Et vsque & vsque perseuerat, nec tumor
Considit, ortum puris expectes licet,
Graioque dictam διαπύησιν *nomine.*
36 *Quin & salubriter hisce nares sanguine*
Sudant periodo in principe, eximiè & leuant
Ægrotum. at hic interrogare conuenit
Doleatne caput huic, an oculis caliginem
Offundi, & aciem sentiat hebetescere.
Nam si quid horum fuerit, huc sese impetus
Halando fert humorum ab imis partibus.
37 *Sed iunioribus hoc magè euenit, citra*
οἰδήματα ἰ- *Annumque quintum ætatis & vicesimum.*
δίως κεκλη- 38 *Paullo tumidiora, & digitis cedentia*
μένα τοῖς νε- *Tamen, nec vllis pressa eadem doloribus,*
ωτέροις. *Sunt tuta valde hypochondria, spacium licet*

Aliquod

Aliquod valetudo hæc requirat. 39 *Sin febris*
Senos decies transgressa durarit dies,
Nec ipse considat tumor: collectio
Speranda puris. haud secus & in cæteris
Tumidi euenire partibus ventris solet.
40 *Prædurus ergo & magnus ingenti tumor* οἰδήματα
Dolore crucians, affore indicat breui ἐπώδυνα
Mortis periclum. at mollis, expers omnis est σκληρὰ καὶ με-
Doloris, & pressu digiti fugiens retro γάλα quæ
Solet esse longus. 41 *Neque perinde crebrò amat* propriè φλεγμοναί.
Ventris tumor in abscessum abire, atque is caua
Qui lancinat præcordia: ipso qui sedet
Sub vmbilico, in pus minimè omnium solet
Conuerti. 42 *At exspectanda superioribus*
Vel maximè profusio sanguinis e locis.
43 *Sed qualiacunque nacta sedem in ilibus*
Diuturniora afflixerint œdemata,
Consideranda purulentia horum erit.

CAPVT XI.

NOTÆ A SVPPVRATIONE. διαπυήματα.

44 *Quæ fertur in partem exteriorem, turbine*
Fastigiato, parua mole, plurimum
Nutans foras, laudanda suppuratio.
Sed maxima & planissima quæque, vertice
Minimeque acuto prominens, deterrima est.
45 *Quid quòd nec intrò si qua procedit, mala est,*
Contracta

Contracta si doloris exorsque est, cutem
Contraque se nil afficit: si concolor
Parti locus sana: omnium sed pessima
Tendentium intus, decoloratur cutis
Quis extima, vndecunque tandem eruperint.
γνωρίσματα τοῦ πύου. 46 *Pus quoque, metu sine vllo, & optimum est, color*
Cui candidus, odor quàm minimè grauis, sui
Quod vsquequaque simile consistentia est,
Æquale nempe & leue: sed contrarium
Quod maximè huic tali, omniũ deterrimũ est.

PROGNOSTICORVM HIPPOCRATIS
Sectio II.

ὕδρωπς ex caussa calida. 1 *Hydrops acuti si comes morbi est, malum:*
Neque enim febrim soluit, sed acri interficit
Torquens dolore, & ab ilibus ferè incipit
Hydrops ἀπὸ τῶν κενεώνων. *Lumbisque & epate.* 2 *Ab ilium ergo ortum trahens*
Inanitate, pratumidos reddit pedes,
Gal. 2. Nat. fac. cap. 7. *Diuturnum & inducit fluorem: quo neque*
Lumborum & ilium dolor dissoluitur,
Nec laxior ventris fit vdi tensio.
Hydrops ἀπὸ τοῦ ἥπατος. 3 *At quibus ab epate oritur hydrops, tussis his*
Pectus quatit, sed irrita, & qua nil ferè
Memorabile expuunt, tument pedes, nihil

Venter

Venter nisi ægrè reddit & durum: tumor
Aluum obsidet, dextra modò assurgens magis,
Modò sinistra parte, vicissim & desinens.

CAPVT II.

NOTÆ EX CALORE, COLORE, ET situ corporis, tum partium extremarum (τῶν ἀκρωτηρίων) dispositione.

4 *Caput manus pedesque si sint frigidi,* Lucr.
Calentibus ventre & lateribus, est malum: *Intima pars*
5 *Sed optimum, omne æqualiter si molle sit* *homini verò*
Calidumq, corpus: 6 *Facilè & æger quò volet* *flagrabat adesa, Flagrabat*
Se cunque vertat, molliter & strato leuet. *stomacho flam-*
7 *Periculosum, sed vbi grauitas deprimit* *ma vt for-*
Manus pedesq, corpus & reliquũ. 8 *Sed huic* *nacibus in-*
Liuor digitorum & vnguium si accesserit, *tus.*
Iam mors iniquo pulsat ostium pede.
9 *At si digiti penitus nigrescunt & pedes,*
Mortem minus quàm liuidi portendere
Solent. Sed hic consideranda cetera Diorismi.
*Sunt signa. nam si * facilè ferre vim mali* * εὐπετῶς
Appareat ægrotantem, & alia adsunt bona φέρειν.
Securitatem signa pollicentia,
* *Sperabis abscessum fore in nigrantibus*
Membris, & hac casura, sed superstitem
Mansurum, & alma luce fruiturum amplius.

* Thucyd. κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς αἰδοῖα καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας· καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων, διέφευγον.

Lucr. *Et pedibus sine nonnulli manibusq; manebant*
In vita tamen, & perdebant lumina partim.

CAPVT III.

10 *Testes reuulsi cum pudendis indicant*
Fortem dolorem ingentis & periculi
Vim: cui propinqua mors gradu mox corripit.

CAPVT IIII.

DE SOMNO.

11 *Interdiu vigilare, noctu carpere*
Somnum velut natura consuetudoque
Fert nostra cùm rectè valemus, est bonum:
At peius, hac si ratio mutata fuerit.
Verùm vbi necesse interdiu somno frui,
Dormire præstat manè ad usque tertiam
Partem diei. minus enim ægrum offenderit
Quàm tempore horam consequente tertiam
Ferri in soporem lucis ad mediæ iubar.
12 *At pessimum nec noctè somnum nec die*
Capere. aut enim à dolore & ærumna hac erit
Vigilia, signum instantis aut delirii.

CAPVT V.

DE ALVI EGESTIONIBVS.

διαχωρήματα. 13 *Est tutus à periculo, cui mollia*
Venter figurata atque consistentia
Reddit, nec hora non eadem, qua bona
Solitus valetudine fuit, pro copia
πλῆθος ἀνάλογον. *Sint illa pro ratione & ingesti cibi.*
Rectè valere egestio talis probat

Ventrem

Ventrem inferiorem, & ritè concoqui cibos.
14 *Sin liquida fuerit, haud frequētē conuenit* ὑγρὸν, id est madens.
Eam esse, nec stridere, crebra nec vice
Secedere paullatim: illa enim ἐξανάστασις
Continua conquiescere in lecto haud sinit
Hominem, antè defessos fatigans amplius
Artus, laboris vigiliaque auctor grauis.
Sin sæpe confertimque lassus egerit,
Periculum est ne in deliquium animi incidat.
15 *Sed pro modo assumti cibi bis in die*
Terue exoneret, noctu semel, diluculo
Sed plura, pro cuiusque consuetudine.
16 *Crassescere autē & cōtrahi morbo ad crisin*
Tendente liquidiora reddita antea
Oportet. 17 *at subfulua sint, nec fœteant*
Valde. 18 *Sub ipsam nil nocet crisin quoq;*
Prodire teretes fœda animalcula tineas ἕλμινθες
Ipsis simul cum egestionum sordibus. στρογγύλαι.
19 *Decet esse* iusta mole ventrem præditum* *ἔυογκον, i.
**Mollēq; in ōi morbo.* 20 *Aquosū insigniter* ὐκ ἐκπεπτ-
Albumq; item quod subuiride subpallidum est, κῶαν.
Vehemēter aut spumat diachorema, est malū. *λαπαρὴν, i.
21 *Malumq; præter hæc quod exiguū vides,* ὐ πεπαμένην.
Quod glutinosum, leue, spumans, albicans
Subpallidūq;, subuiride excretū. 22 *Mage his*
Letale, nigrum, pingue, liuidum, mali
Tetrique odoris, scabra vt ærugo virens.
23 *Quæ varia sunt, diuturniora sunt quidem,*
Nihilo tamen his minus exitiosa, sanguinem

*ξυσματώ- *Nempe hic videas * ramenta, bilem torridam,*
δη. *Porri virore tincta, nigraque euehi:*
Sic vt repræsententur aliquando hæc simul,
Et mista decurrant, aliquando paruibus
κτ μέρος. *Discreta generibusque, diachoremata.*

CAPVT VI.
SIGNA EX FLATIBVS.

φῦσα. 24 *Prodire flatũ absq; strepitu & sine crepitu,*
πνεῦμα φυ- *Est optimum: melius tamen prorumpere*
σῶδες. *Vel cum strepitu, quàm istic reuolui. ni volens*
ἀναθυμία- *Sciensque crepitum ediderit, vt displosa ceu*
σις τ̃ σκυβά- *Vesica sonet: hoc flatus erumpens modo,*
λων. *Hominem aut dolere quippiã argumento erit,*
Aut desipere, deliriumque perpeti.

CAPVT VII.
SIGNA AB HYPOCHONDRIIS.

πόνοι & κυρ- 25 *Hypochondrii dolor tumorue qui recens,*
τώματα τ̃ *Expers & inflammationis soluitur*
ὑποχονδρί- *Ventris sono in præcordiis orto (vocant*
ων. *Quem* βορβορυγμὸν *Graii) & id vel maximè*
Ad inferiora inde euolutus si loca
Cum flatu & vrina, olido & alui stercore
Excessit. absque tali etiam exitu, sua
Si sede saltem se mouens, hypochondria
Relinquit, ad partesque transit inferas,
Prodesse multum murmur illud creditur.

CAPVT VIII.

DE V-

DE VRINIS.

26 *Vrina longè illa optima, in qua candidum* ὑπόστασις
Et leue & æquale vsque & vsque totius λευκή, λείη,
Morbi sedimen tempore est, donec crisis ὁμαλή.
Fiat. etenim morbum breuem fore indicat,
Nec fida non securitatis nuncia est.
Quòd si bonitatis ille constans haud erit
Tenor, sed intermittet, vt nunc liquidior
Manet, modò album & leue subsideat, nota est
Vt longioris morbi, ita securi minus.
27 *Vrina sin & ipsa subrubra fuerit,*
Subrubra & eiusdem atque leuis hypostasis:
Diuturnioris illa quidem ægritudinis,
Sed oppidò salubris argumenta dat.
28 *Similes farinæ crassiori prauæ erunt.* κριμνώδεες.
His peior & cui πέταλα *laminæ innatant.* πεταλώδεις.
Tenues & albas dixeris perquam malas:
Sed deteriores hisce furfuraceas. πιτυρώδεες.
29 *Nubeculæ albæ vectæ in vrinis bonæ,* νεφέλαι.
Nigræ malæ, sunt hæc enæoremata.
30 *Dum iusta tenuisq; illa aquositas manet,*
Tantisper incoctum arguit morbũ. 31 *Sed &*
Diuturna talis extiterit si cruditas,
Periclitatur æger, & metus subest
Ne non queat sufficere donec in sero
Maturitatis lauta signa appareant.
32 *Letaliores fœtidæ sunt & nigræ,*
Crassæque aquosæq;. 33 *In pueris teterrimæ*

Aquoſa, ſed nigra in viris & fœminis.
34 *Refuſa multo cruda ſi ſit tempore*
Tenuiſque, & adſint ſigna quæ tibi ſpondeant
Ægri ſalutem, in his apoſtaſin licet
Infra phrenas ad idonea expectes loca.
λιπαρότητες ἀραχνοειδέες.
35 *Si pinguitudo aranearum quæ refert*
Telas, ſupernè incumbat, has culpaueris:
Nam ſigna colliquationis certa ſunt.
36 *Conſiderare conuenit nubeculas*
Supernè an infernè inuehantur, quóque ſint
Colore. nam latas deorſum, ſi color
Reſpondeat, laudabis: ad ſummum locum
Sin efferantur cum coloribus malis,
Dānabis. 37 *At veſica ſi quid morbi habet,*
Attende, & expenſum huic feras vitium ſeri
Vni, quod eſt partis, cauens adſcribere
Toti: error hic imponere incautis ſolet.

CAPVT IX.
DE VOMITV.

38 *Ex bile mixtus & pituita maximè,*
Nec craſſitie nec copia excedens modum,
Hunc cōmodum inprimis vomitū eſſe dixerim.
Sincerus etenim peior & meracior.
39 *Reiecta vomitu praſina, liuida, aut nigra,*
Mala eſſe putandum eſt. 40 *Quòd ſi homo idem omnes vomat*
Tales colores, perniciofum maximè eſt.
41 *Celerrimam ſed liuidus mortem indicat,*
Fœtoris

Fœtoris idem plenus & graueolentiæ.
42 *Supputridi omnes fœtidi & odores mali.* ὑπόσαπροι.

CAPVT X.
DE SPVTO.

43 *Dolore in omni laterum & in pulmonibus* πτύελον.
Par est anhelis phlegmone, facilè & citò
Sputū screari. 44 *Flauūq; & huic insigniter*
Mixtum esse. 45 *longo namq; si post tempore*
Quàm visceris cœpit dolor, flauum expuat
Ruffumque, multa nec sine idem tussi, neque
Permixtum abundè, omnino censetur malum.
46 *Syncerum enim flauum periculosius:* τὸ ξανθὸν ἄ-
Albumque viscosum & rotundum inutile. κρητον.
47 *Malumq; valde viride quódq; pallidū est*
Et spumeū. 48 *Quòd si meracū est & nigrū,*
Longè omnium deterrimum atq; pessimum est.
Malumque si omnino repurgatur nihil, ἀνακάθαρ-
Nihilque pulmo remittit, inque gutture σις nulla.
Feruet refertus purulentis sordibus.
49 *Grauedines ptarmique seu præcesserint,* κόρυζαι.
Seu consequantur spongiosi visceris πταρμοί.
Morbos, malum perhiberi oportet: at iuuat
In ceteris vel maximè letalibus
Quatiens cerebrum arguta sternutatio.
50 *Pulmonis in morbo, maligna & phlegmone,*
Primis diebus sputa flaua sanguine
Permixta non multo, admodum sunt cōmoda,
Salutis & spe recreant ægros bona.

A septimo cœpere si demum die,
Vltraue septimum, metu terrent, minus
Secura quòd sint. 51 *Cuncta denique sunt*
mala,
Quæ sputa nil leuant dolorem: pessima
Sunt nigra: sed quæcunque tristem leniunt
Franguntq; dolorem & auferunt, sunt optima,
Sunt omnium optatuque digna maximè.

CAPVT XI.

DE SVPPVRATIONIBVS EX PEripneumonicis & pleuriticis morbis.

52 *Algemata in thorace & in pulmonibus*
Quæ nec soluta finit aluus, nec leuat
Sputi catharsis, sanguinis detractio
Nil mollit, haustus pharmaci nil mitigat,
Victus ratio nil sedat: illa in vomicas
Abire, in ecpyema vertere scias.
53 *Quæcunque suppurantur ecpyematum,*
Dum sputum adhuc est biliosum, hæc admodũ
Sunt perniciosa, separatim siue pus
Et biliosum id expuatur, seu simul,
Et vtraq; mixta. 54 *Maximè autẽ, septimũ*
Morbo ad diem progresso, ab hoc si cœperit
Procedere sputo lenta suppuratio.
55 *Nam proximum est, circa decimũ quartum diem*
Decedat is, nisi alia signa accesserint
Meliora, & ægro perniciem defenderint.

ἐκκόπρωσις.
πτυέλων κάθαρσις.
φλεβοτομίη.
φαρμακείη.
δίαιτα.

56 Bo-

56 *Bona signa sunt* [1] *spirare bene,* [2] *morbum bene* — ἀγαθὰ signa cum sputo coniuncta.
Nec difficulter ferre, [3] *sputa reiici*
Facilè, [4] *dolorem abesse, & [5] improbam sitim:*
[6] *Calor vniuersi æqualis & par corporis,*
Par mollitudo. [7] *Excreta ceu descripta sunt,*
Vrina, feces, sudor, optima notæ:
Itemque somni. Hæc scire oportet singula
Coniuncta si accedunt, salutem ostendere:
Sin aliqua saltem accesserint, dum cætera
Desiderantur: æger haud vltra diem
Bis septimum vitam superstes traxerit.
Cõtraria autè his signa sunt [1] *ferre haud benè* — σημεῖα contraria.
Facileue morbum, & [2] *esse densum spiritum*
Magnumque, [3] *sæuire & nihil remittere*
Dolorem, & [4] *ægrè sputa tussi reddier,*
[5] *Sitire valdè,* [6] *corpus inæquali modo*
A febre teneri, cùm latera & venter calent
Insigniter, frigentque frons, manus, pedes,
Extrema. [7] *tum vesicæ & alui si mala*
Excreta, si sudor malus, somni mali.
Hæc nosse oportet praua & infelicia
Cuncta esse. nam quodcunq; sese horũ improbo
Sputo insinuat, mortem malam denunciat,
Superesse nec sinit ad decimum quartum diẽ.
Vitam ergo reddet lampade aut nona ferè
Aut vndecima æger. vsq; adeò sputũ hoc malũ,
Fatique caussa præcipitis, bis septimæ
Ne liceat ortum lucis illi cernere

Antè

Antè occidenti. Proinde signa expendere
Ratiocinando oportet & bona & mala,
Interque se conferre. sic demum licet
Praedictiones fari, & abstrusa abditam
Vim veritatis consequi vel maximè.

ῥῆξις τ ἐκπυημάτων. 57 *At vomicae aliae plurimum vigesimo*
Rumpuntur, aliaeque in die trigesimo,
Aliaque quadragesimo, aliae sed diem
Attingere consueuere sexagesimum.

ὀπίσκεψις principii empyematum. 58 *Seruanda quin tibi initia ecpyematum,*
Vt supputes à qua die primum febri
Tentari homo coepit & rigore concuti,
Grauitatem & illo sentit in loco, dolor
Quem insedit antè: quippe fieri haec assolent
In principiis ferè omnium ecpyematum.
Ad antedicta haec ergo tempora vomicae
Eruptio expectanda ab hoc est tempore.

59 *Sin alterum duntaxat obsedit latus*
Virosa vomica, vertere & cognoscere
In his oportet, ecquis infestet dolor,
Calorue multo quàm alterum exurat magis,
Iubendus & aeger in latus decumbere
Sanum, inter & rogandus, ipsi num graue
Pendere quid videatur instar ponderis

* διάγνωσις τ ἐμπύων tendentium ad phthisin p 10. signa. *A parte superna. namque vbi grauitas*
Affecta sedes, hic residebit vomica.

*60 *Quis omnis antè nodū oculis patēs queat*
Congesta suppuratio deprehendier,

1 πυρετὸς. *Haec sunt. [1] Anhela torret vsque hominem febris,*

Noctu

Noctu granior, eaque leuior interdiu,
[2] Multusque sudor oritur. [3] his cupiditas 2 ἰδ
Et tussiendi ingens adest, quanquam nihil 3 βῆξις, σπα-
Penè exscreetur: [4] ipsi & orbes luminum μός.
Gemini cauantur, [5] purpura malæ rubent, 4 ὀφθαλμοὶ
[6] Fiunt adunci vngues, [7] digitique maximè ἔγκοιλοι.
Summi calent, [8] tumore grandescunt pedes, 5 ἐρυθήμα-
[9] Fastidia obrepunt cibi, [10] tum feruidæ τα
Per omne corpus excitantur pustulæ.
61 *Hæc signa habent, quæ sunt diuturnæ vo-* ποι.
micæ, 9 ἀνορεξίαι.
Comperta & explorata certaque admodum. 10 φλύκται-
Contrà breues quæ sunt, & ipsæ habent suas ναι.
Notas, [1] rigorem, [2] ponderis sensum, [3] febrem,
Quales suprà descripsimus. Quodcunque enim
Horum inter initia extiterit, nec spiritum
Non difficilius si malignus traxerit
Æger, vomicæ sunt testimonium breuis.
62 *Tardæ citæue eruptionis vomicæ* διάγνωσις
Nunc signa pandam. Cum dolor se protinus, τῆς ῥήξεως.
Dyspnœa, tussis, & frequens sputatio
Vigesimum quæ perseueret ad diem,
Produnt, vel hunc circa; vel ante eruperit
Scindente puris, corpus, acrimonia,
Testam velut qua latuit ipsa & corticem.
Sin serius ista cœperint, sedatior
Quòd & ipse dolor, & pro ratione cætera
Vt difficultas spiritus, sputatio
Respondeant, eruptio haud ita celeris

Speranda

Speranda. Quo minus illa namque increuerint
Citò, tardius hoc disrupta hiabit vomica.
63 *Metu sine vllo est, pure si effuso febris*
Protinus & ipsa conquieuit, & situs
Fastidiumque vrgere desiit cibi,
Aluusque si coacta paruaque egerit:
Si candidum pus manat, & leue & sui
T[illegible]m coloris, totum & æquale, vda quod
[illegible] non lauit: sed & par est citra
Dolorem & ingenti repurgetur sine
Tussi. Atque sic quidem optimè & celerrimè
Genus empyorum liberatur, Sin minus,
Qui propius hunc bonitatis attigit gradum,
Quod speret, & ipse habet. At molesta si febris
Emisso etiamnum pure non quieuit: aut
Decedere paullùm visa, repetit denuo:
Desiderium si potionis acre, si
Fastidium cibi vrget: aluus liquida
Reddit mera, liuidum, in virore & pallidum,
Spumante dilutumque pituita expuit
Pus: hæc quibus adsunt omnia, omnes deserit
Vita. Quibus autem quæpiã horũ accesserint,
Quædam abfuerint: pars interire, pars solet
Euadere, hi longi mora dum temporis
Anhela conflictantur ægri pectora.
Sed facere coniecturam in his & omnibus
Aliis oportet ex notis præsentibus,
Quascunque suppurationes exhibent,
Pulmonis inuenusta soboles phlegmonũn.

[illegible] τ̃ [illegible]ομέ-νων, id est, eorum qui euasuri sũt.

CAP.

CAPVT XII.

DE ABSCESSIBVS CRITICIS IN morbis pectoris & pulmonis.

64 Pulmonis, abscessus secuti, phlegmonas,
Aures secundum, in pusque vertentes, boni:
Ad inferiora fistulantur si loca,
In his salus speranda. 65 Signa sed canam
Talis futuræ certa quadam apostasis.
Neque enim vel ipsa desinit febris, neque — 1 ex febre.
Dolor remittit, sputa nec legittima — 2 ex dolore.
Ratione prodeunt, nec alui egestio — 3 ex sputo.
Sincera biliosa soluitque facilis, — 4 ex egestionibus.
Nec multa valde vrina crassaue, aut habens — 5 ex vrinis.
Hypostasin multam: sed æger ceteris
Superstes euasurus apparentibus
Signis putatur, quæ bona & victoriam
Tibi pollicentur & salutem. Abscessuum
Metus hic futurorum est & expectatio.
66 Partes ad infernas globosa apostasis — Ἀποστάσεις ἐς
Emergit vbi hypochondria aliquid phlegmones — τὰ κάτω ἢ
Prahendit: at sursum illa potius emicat, — ἄνω.
Cùm molle hypochondrium & doloris feruidi
Exors fuerit, dispnœaque angusto antidhac
Molesta quæ thoraci erat, e uestigio
Citra manifestam πρόφασιν aliam desiit.
67 Quin crura etiam abscessus pati in vehementibus — Ἀπόστασις ἐς τὰ σκέλεα.
Pulmonis inflammationibus solent

Signa ex
1 dolore.
2 tumore.
3 sputo.

Periculosisque. vtiles cuncti fere,
Sed optimi omnium, simul mutatio
Sputi incidit facti. ergo vbi exiſtit dolor,
Tumorque ad ἄρθρα pullulat, nec amplius
Flauum foras ſed purulentum excernitur:
Superſtes euadet homo ſecuriſſimè,
Celerrimeque & ſine dolore apoſtaſis
Sedabitur. Si ſputa verò non bene
Proceſſerint, nec ſubſidentiam bonam
Hypoſtaſin ue cocta leuem & candidam
Vrina habuerit: ne vel infarctu humidi
Claudus tenacis articulus fiat. ſubeſt
Periculum, vel plurimas moleſtias
Exhibeat ægro. 68 *Si quid abſceſſit etiam,*
Et antè ſubſedit tumore euanido,
Quàm pus fieret, populāte adhuc corpus febre,
Sputi ſcreatu prodeunte & ſegnius,
Demum inhibitoque: perquam id horrendum
& graue eſt,
Furoris & interitus periculum creans.
69 *Verū ipſa & ætas genere in hoc προγνώσεως*
Diſtinguit atque limitat. Grandes enim
Natu, empyi ſi pneumonικῶν ex phlegmone
Facti, cauo pus colligunt in pectore,
Magis intereunt: ſed alia ob empyemata
Iuuenes magis. 70 *Quid quòd dolores cū febre*
Lumbos & ilia propter orti, partibus
Si ſe his relictis altitudinem ad phrenῶν
Raptu violento ſuſtulere & viſcera:

Praua ſigna
1 ex ſputo.
2 ex vrinis.

De abſceſſibus lumborum, in morbis pulmonum.

Certa

Certa subesse nunciant mortem fide:
Magisque si quod aliud è signis malum
Apparuit. nam fracta spes iacet, nec hunc
Seruare potis ipse Æsculapius pater.
Sin non mala accessere signa ad hunc supra
Morbi phrenas raptum, subest aliquid spei.
Nam suspicamur empyon talem fore.
Collecta sed quibus vda sanies in cauo
Thorace inundat, album vbi vstis fluxerit
Purumque pus nec fœtidum, seruantur hi.
At subcruentum, cœni & instar, mortis est
Indicium, vt alibi idē in Aphorismis dicitur.

CAPVT XIII.
DE VESICA INFLAMMATA.

71 *Vesica vbi inflammata fuerit, & dolor* κύστιες σκλη-
Tumorq; durus hanc premit, perquā est graue, ραὶ καὶ ἐπώ-
Perquam exitiosum: at omnium teterrimum δυνοι.
Cùm iuncta febris continenter vstulat.
Namque ipsa per se idonea vitam elidere
Vesica, & alui tempore hoc non egerunt
Nisi dura quæpiam, idque dum vis imperat.* * πρὸς ἀνάγ-
72 *At purulenta vrina procedens, metum,* κην.
Subsedit in qua leue & album, detrahit,
Morbumq; soluit. 73 *Sin nihil remiserit*
Ab hac dolor fluente, vesicæ tumor
Nec molliatur durus, & pergat febris
Ardore continente grassari, timor
Primis laborantem periodis in rogos

Abitu-

Abiturum, & atra pocula hausturum Stygis.
74 *Hic casus est pueris vel infestissimus*
Iam septimum annum agentibus, dum puberes
Fiant ad annum ætatis iterum septimum.

PROGNOSTICORVM
HIPPOCRATIS
Sectio III.
CAPVT I.
DE FEBRIBVS.

1 *Iisdem diebus febrium fiunt crises,*
Quibus vel interire vel superstites
Euadere ægri consuerunt, non sine
Iactatione præcipiti. 2 *mansuetæ enim*
ἐυηθέσταται. *Vel maximè omnium, atque securissimis*
Signis gradientes, desinunt quarto die
κακοηθέστα- *Citiusue.* 3 *Item quarũ malignitas fera est,*
ται. *Signisque quæ grassantur horrendissimis,*
Quarto necant die citiusue. 4 *Primus hic*
ἔφοδος. *Insultus harum sicque finitur: diem*
Secundus vsque ad septimum producitur,
Tertius ad vndecimum, sed ad bis septimum
Quartus, decimumq; quintus vsq; ad septimũ:
Vicesimumque sextus attingit diem.
In maximè acutis impetus ferè hoc modo
Per tetradas scandendo dant se & desinunt,
Ex additione ad vsq; viginti. 5 *Neque*

Fas

Fas integris numeres diebus quippiam
Horum, vna quaternos habeat exactè vt dies
Tetras. reuinctæ namque tali copula
Sunt, vnus idemque vt prioris τετράδος
Sit finis & sequentis initium. Neque
Vel annus integris potis est diebus, aut *(duæ*
Mēsis numerari. 6 *Hebdomades hinc rursus*
Tricesimum ad quartum diem per τετράδας,
Et inde sextus ad vsque quadragesimum
Deuoluitur diem: inde sexagesimus
Finis trium rursum hebdomadū est & dicitur.
7 *At difficillimum inter initia dicere,*
Quos non ita breui iudicatum tempore
Speremus iri, principia quòd simillima
Horum. ergo prima ab inde cogites die
Inuasionis, mentem & attendas, τετρὰς
Simul vnaquæque illuxit, haud fefellerit
Te morbus, & quò se volet conuertere.
8 *Nec non febris quartana periodos crisin* τῶν τεταρταίων καταςάσις.
Sortitur has secundum: in acutis septima
Dies, in hac regnare septimus solet
Circuitus. ordinem hunc vocat κόσμον *senex.*
9 *At expedita ratio* τῆς προγνώσεως,
Breuissimo cùm iudicandus tempore
Occurrit. etenim insultibus primis statim
Discrimen illustre emicat, victoriæ
Dum spes futuræ affulget, aut cladis metus
Terret, bonis illa indicus, contrà hic malis * Signa bona in acutis febribus.
**Se ostendit.* [1] *æger spirat optimè,* [2] *dolor*

Nullus fatigat,[3] grata noctis est quies,
Et cetera securissimè se signa habent:
Demens fuerit nisi hunc superstitem fore
Signa mala. *Quis dicat.* 10 *At contrariis & pessimis*
Grassante signis morbo: vt anhelitu graui,
Cum desipientia & vigiliis, & aliis
Huius generis quæ sæpè commemorauimus:
In promtu erit mortis canere præsagium.
Hæc quidem in acutis, perbreue quis curricu-
lum erit.
11 *Sed etiam in his qui longiore tempore*
Se indicandos offerunt, quoto die
Cuiusque periodi bona aut mala exerunt
Se signa, diligente fac examine
Scrutere: sic non fallet hora qua crisis
Commota morbum elidet impetu graui.
12 *Quid quòd nec alia ratio numerandi dies*
In fœminis seruanda partu languidis
Criticos, sed à partu necesse est initium
Sumas, licet vel altero vel tertio
Pòst febris insecuta sit partum die.

Capvt II.
De capitis dolore in febribus.

13 *Capitis dolores continui cum febribus*
Fortesque, si mortifera signa accesserint,
Valdè exitiosi: sin salutis spes tibi
Affulget, inter initia expectes licet

Hæmor-

æmorrhagian ex naribus: sin vis mali
ogressa adhuc sæuire pergat, præter hoc
eranda puris forsan est eruptio
e narium vel aurium cauernulis:
ı vsque & vsque lancinans sæuus dolor
ansmiserit vigesimum diem febre
urante etiamnum, sanguis itidem è naribus
umpet, aut abscessus emerget putris
rtes ad infernas. Sed & quoad dolor
censfuerit, similiter aut profusio
are sanguinis aut saniei eruptio
randa, cùm aliâs, tum dolor si tempora
caq; frontē fligit ægrum. 14 *Sed frequēs*
eni magis ipsa sanguinis profusio διοελεμὸς
nnos ter vndecim & duos qui nondū habet ab ætate.
tatis. In maioribus natu fere
randa cum dolore suppuratio est.

CAPVT III. AVRIS DOLOR.

Cum febre forti continuaque auris dolor
cutus, est horrendus, & delirio
tem quatit, iugulatq; hominem celerrimè.
ando igitur hic formidolosius casus est τρόπος.
nimeque tutus, fac citò aduertas aliis
ntem indiciis quoq;, si qua se primo offerant
im à die. Nam luce septena ferè
nes adeunt, citiusque iuuenes, tardius
gè senes. 16 *Neq; enim pariter insaniunt,*
què nec experiuntur hi magnas febres:

Nec caussam ob aliam feruida suppuratio
Antè occupat auris phlegmonosæ. Iisdem quoq;
Quòd imbecillus sit calor, periculum
Affert recidiua, interimit & quamplurimos.
At iunior ætas, sanguis in qua & spiritus
Feruent, priusquam vertat in pus phlegmone,
Exstinguitur violentia symptomatum.
Sin candidum defluxerit pus sordida
Ex aure iuueni, spes superstitem hunc fore,
Si sanè & accedat aliud signum bonum.

CAPVT IIII.
EXVLCERATÆ FAVCES.

17 *Exulcerata cum febre, horrendum,* φάρυγξ.
Sed si quod aliud ex malis accesserit
Præiudicatis signum, adesse ingens licet
Prædicere malum, fati & instantis metum.

CAPVT V. Κυνάγχη.

18 *Angina perquã horrẽda, eadẽ & celerrimè*
Occidit, in qua nullus apparet tumor
In faucibus ruborve, nullus lactea in
Ceruice, plurimus ægrum & exercet dolor,
Non spiritus duci nisi erecta potest
Ceruice, quod malum Orthopnœa dicitur.
Quid quòd vel vno strangulat talis die
Vel altero, vel tertio, vel denique
Quarto? vsque adeò præceps malum hoc, cùm phlegmone

Pressi

Pressi tenentur interiores musculi,
Larynga nati teretem aperire & claudere.
19 *At quæ similiter huic dolorem affert, sui*
Sed præbet indicia rubente faucium
Sede & tumente, perniciosa non minus
Priore, sed mage diuturna, si rubor
Magnus fuerit. 20 *Sed tertium genus quoq;,*
In quo simul fauces simul ceruix rubent.
Diuturniores hæ synanchæ & ceteris
Securiores. quippe multi euadere
Ex his solent, præsertim vbi collo plurimus
Insedit amplo pectori & foris rubor,
Nec erysipelas intrò recurrerit. 21 *Die*
Sin flamma nec discussa decretorio
Fuerit, nec ardens se foras conuerterit
Tuberculum, nec tussiendo pus erit
Reiectum, & æger sine dolore degere (*ma*
Videatur: aut mors perimet hominẽ, aut exti-
Emerget iterum in parte recidiuus rubor.
22 *Est tutius quàm maximè verti foras*
OEdema & erythema. At simul pulmonibus
Allapsa se intrò materies receperit,
Delirium inducit. sed & quidam empyi
Plerunque fiunt, mors nisi præuenerit.

CAPVT VI.

Γαργαρεῶνες, id est inflammata vuula.

23 *Quoad rubẽt tumentq; phlegmone, vuulas*
Caue seces, scalpello & incidas, metu

Maioris inflammationis, propter &
Hæmorrhagiam, superuenire quæ solent:
Sed vt gracilescant ingeniis aliis opus,
Aliisque castiges & attenues modis.
Sed si quid vuæ instar, columellæ è corpore
Pependerit secretum, & ipsa extremitas
Ceu mucro, maior fiat & rotundior,
Radix sed ipsa qua palato affigitur
Subtilior, iam tum licebit aggredi
Rem, ferrum & expedire sollerti manu.
Sed præstat (aliquas si modò res inducias
Ferat, nec antè strangulari hominem metus)
Tentare subducta aluo opus chirurgicum.

CAPVT VII.
ὑποστροφὴ, in febribus.

24 *Cessante febre signa vbi nulla appareant*
λυτήρια, nec sit ille decretorius
Quo blanda ῥαστώνη & malè fida placiditas
Visa alleuare est, hanc reuersuram licet
Prædicere, immitē & parituram hypostrophē.

CAPVT VIII.
ABSCESSVS IN FEBRIBVS.

25 *Quæcunque febris longiorem traxerit*
Morā, homine aliâs affecto ita, vt superstitem
Fore arbitremur, desiit postquam dolor
Crudæ soboles qui phlegmones sit, quemue alia
Caussa manifesta peperit aliqua: non nisi

Absces-

4bſceſſus illam cum dolore finiet.
d propter articulum, inferiore & maximè
nerget in parte, 26 *& quidem velocius,*
ui viridis ætas ter decimum nondum attigit
Annū. 27 *Sed exſpectāda apoſtaſis ſtatim,*
'iceſimum febrilis ardor ſi diem
ranſmiſit. 28 *At ſenioribus fiunt minus,*
)uamuis diuturniore vexentur febre,
Apoſtaſes, quia virium languet tonos.
) Continua ſi ſit febris, expectes licet
Abſceſſum, & errabunda ſi veſtigia
ui imprimit, quartana fieri protinus Quartana.
olet, decorum mitibus pomis ſimul
Autumnus aruis extulit caput. 30 *Minor*
'riginta vt annis paſſioni obnoxius
Magis huic, magiſque abſceſſibus prehenditur:
ic limitem hunc egreſſus, à quartana habet
Cur metuat. 31 *Hæc noſſe expedit, quódq; vt hieme*
Apoſtaſes fiunt magis, ita tardius
Ceſſent, minuſque facta ament recurrere.

CAPVT IX.

CRISIS IN FEBRIBVS PER vomitiones ſpontinas.

32 *In febribus ſi non fuerint letalium*
Ex genere, quiſquis capite dolet aut quippiam
Caliginoſum ὀρφνῶδες *ante oculos ſibi*
Volitare ſentit, os ſimul neruoſius

Huic ventriculi morsu fatigatum graui
Dolere cœpit, bilis aderit pallida
Flauaue vomitus: sin rigore concuti
Partes, & infra algere septum videris,
Vomitus adhuc citius aderit: quòd si cibi
Potusue aliquid tum sumpserit, statim vomet.

τρεῖς προθεσμίαι τῆς κρίσεως κατὰ διαφορὰς τὰς κατὰ χρόνον τοῦ ἀλγήματος τῆς κεφαλῆς.

33 *Ab inchoantis protinus morbi die*
Primo febrilis, quos capitis tentat dolor,
Quarto magis affliguntur & quinto die,
Sed liberantur septimo: sin tertio
(Vt plurimi) dolere cœperint die,
*Quinto anxiè turbantur ac velut *salo*
Iactantur, at nono vndecimoque liberi
Fiunt. Doloris verùm vbi quinto exarserint
Initia, pro ratione & alia euenerint,
Similiter atque in his prius quos diximus:
Non ante decimum se crisis quartum diem
Ostendet. 34 *Hæc viris itemque fœminis*
Fiunt, iuuentæ in robore, inque febribus
Quas tertio quoque algor accendit die,
Vel maximè. Sed iunioribus licet
Eadem euenire constet, attamen magis
In continuis legittimisque illa accidunt,
Puræque quæ sunt tertianæ & γνήσιαι.

* χειμάζονται.

CAPVT X.

CRISIS IN FEBRIBVS PER hæmorrhagian ex naribus.

35 *At quibus in hac tali caput dolet febre,*
Nec il-

Nec illud ὀρφνῶδες (tenebricosa quæ
Sunt visa) oculis illudere animaduertitur,
Quibúsque bilis ventris os non lancinat,
Nec καρδιωγμὸς asperum malum incidit,
Sed pro his hebetudo gemina fuscat lumina,
Et obuolantes μαρμαρυγαὶ splendoribus
Iis sunt molestæ, magis & in præcordiis
Dextra aut sinistra in parte tendi quippiam
Videatur absque dolore & absque phleg.
Non vomitus hos sed sanguinis de naribus
Fluor manebit, & magis tricesima
Quos nondum anhelo afflauit æstas sidere.
Namque his hæmorrhagia, sed adultioribus
Symptωma familiare vomitus est magis.

CAPVT XI.
DE SPASMO IN FEBRIBVS puerorum.

36 *Tentati acuta febre & infans & puer,*
Si terror & vigiliæ & eiulatio
Aluusque dura accesserit, si nec manet
Color idem, & huius in viridem mutatio
Et pallidum atque liuidum fit & rubrum,
Spasmo capiuntur: omnium promptissimè
Sed nuper in lucem editi vsque ad septimum
Annum: pueri grandes, virique non item,
Nisi signa robustissima atque pessima,
Cuiusmodi in phrenitide apparent graui,
Superueniendo attraxerint spasmos truces.

CAP.

CAPVT XIII. EPILOGVS.

37 *De morte de salute nil prædixeris*
Siue puerorum, siue aliorum, ni prius
Conieceris prudenter, ad vnumq; omnia
Quæcunque dant se signa ponderaueris,
Vimque omnium, vt de singulis perscripsimus.
38 *Atq; hæc de acutis, quiq; soboles horũ erũt,*
Dico, atque dicta intelligi hactenus volo.
Quicunque verò & ipse non falli cupit
Nec fallere alios, certa vbique & edere
Salutis interitusque vult præsagia,
Et scire quanto finiendus tempore
Sit morbus: (est enim vbi dies ad plusculos
Durat graduque promouet lento, est vbi
Ad pauciores, progrediturque haud segniter)
Differunt *Is signa teneat omnia exactissimè,*
1 θανατώ- *Interque sese conferendo iudicet*
δες. *Quid quæque valeant, virium momenta quæ*
2 θανατωδέ- *Cuiusque. adeò expendisse refert singula*
στερον. *Non oscitanter scripta nobis hactenus*
3 ὀλέθριον *De quoque signorum genere, seu sputa seu*
κάρτα. *Acre lotium sit, tussiendo seu simul*
4 ἤδη ὀλέ- *Bilemque pusque fessus æger exscreet.*
θριον. 40 *Sed & impetus grassantium populariter*
Differunt *Quorum ambientis caussa constitutio,*
1 σωτήριον *Nosematum, animaduertere & cognoscere*
ἁπλῶς. *Medentem oportet ocyus. idem nouerit*
2 τελεστικός. *Quis quoque cœli tempore incidat status:*
3 μεγάλω 41 *Probeque calleat omne signorum genus,*

Alia-

Aliaque, coniectura quibus fit certior,
Τεκμήρια: *& haud ignoret omni tempore*
Omnique in anno mala malum, bonum bona
Signa indicare. 42 *Vera comperiuntur hæc*
Tam Scythia in algente, inque Libya torrida,
Quàm temperata in insula Latoidæ.
43 *Nec verò in iisdem difficile regionibus*
Quæ proposuimus posse pleraque assequi,
Qui diligenti examine illa expenderit
Recteque indicarit: hic opus & labor.
44 *Sed nullius desiderare conuenit*
Morbi quod adscriptum videri non queat
Nomen. Etenim prædicta quorum in tempora
Crisis incidit, signis licet cognoscere
Iisdem. Libri Prognosticorum hic finis est.

δύναμιν ἔχον.
4 κάρτα σωτήελον.
5 κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχον.

ΤΕΛΟΣ.

CORNELII CELSI

PROGNOSTICORVM ALIquot Hippocr. Latina conuersio.

Libuit & hic quæ Celsus conuertit ex PROGNOSTICIS HIPPOCRATIS *adscribere, quando præter hunc qui Latinè de re medica scripserit, ex veteribus habeamus neminē. Alicubi & Lucretiana quædā interseruimus.*

I SECTIONIS

IX.

Ad vltima verò iam ventum esse testantur, nares acutæ, collapsa tempora, oculi cōcaui, frigidæ languidæque aures & imis partibus leniter versæ. lib. 2. cap. 6.

X.

Cutis circa frontem dura & intenta, color aut niger aut perpallidus. ibid.

Lucr. 6. *Item ad supremum denique tempus*
Compressæ nares, nasi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis
*id est rict⁹. *Duraq; inhorrebat* rictū, frons tenta meabat*

XI.

Multoque magis, si ita hæc sunt, vt neque vigilia præcesserit, neque ventris resolutio, neque inedia. Ex quibus caussis interdum hæc species oritur, sed vno die finitur. Itaque diu-

diutius durans mortis index eſt. Si ve-
morbo vetere, iam triduo talis eſt, in
pinquo mors eſt. ibid.

XIII.

Magiſque ſi præter hæc oculi quoque lu-
en refugiunt, & illacrymant, quæque in
alba eſſe debent, rubeſcunt, atque in iiſ-
em venulæ pallent, alterque ex his minor
t, hique aut vehementer ſubſederunt, aut
acti tumidiores ſunt. ibid.

XIIII.

Perque ſomnum palpebræ non commit
tũtur, ſed inter has ex albo oculorũ aliquid
apparet, neque id fluẽs aluus expreſſit. ibid.

XV.

Eædemque palpebræ pallent, & idẽ pal-
lor labra & nares decolorat: eademque la-
bra & nares oculique & palpebrę & ſuper-
cilia, aliquaue ex his peruertuntur, *ſ. eadem mors denunciatur*. ibid.

XVI.

Vbi verò febris aliquem occupat, ſcire li-
cet non periclitari, ſi in latus aut dextrum
aut ſiniſtrum, vt ipſi viſum eſt, cubat cruri-
bus paullatim reductis, qui ferè ſani quo-
que iacentis habitus eſt. lib. 2. cap. 3.

XVII.

XVII.

Eadem mors denuntiatur vbi æger ſupinus cubat, eique genua contracta ſunt. 18. Vbi deorſum ad pedes ſubinde delabitur. 2.lib.cap.6.

XIX.

Vbi brachia & crura nudat, & inæqualiter diſpergit, nec his calor ſubeſt. ibid.

Lucret.lib.6.

A pedibuſque minutatim ſuccedere frigus.

XX.

Vbi hiat, vbi aſſiduè dormit, *ſ. mortis indicium.* ibid.

XXI.

Contrà grauis morbi periculum eſt, vbi ſupinus æger iacet, porrectis manibus & cruribus. lib.2.cap.4.

XXII.

Vel proſtratum contra conſuetudinem corpus in ventrẽ, ſic vt ipſius alui dolor non coegerit, inſaniæ ſignum eſt. lib.2.cap.7.

XXIII.

Vbi reſidere vult in ipſo acuti morbi impetu, præcipueque pulmonibus laborantibus, *ſ. grauis morbi periculum eſt.* lib.2.c.4.

Item robuſto adhuc corpore, inſolitus dentium

dentium ſtridor, inſaniæ ſignum. lib.2.c.7.

XXIIII.

Vbi is qui mentis ſuæ non eſt, neque id facere ſanus ſolet, dentibus ſtridet, *ſ. mortis indicium eſt.* 2.lib.6.cap.

XXV.

Vbi vlcus quod aut ante, aut in ipſo morbo natum eſt, aridum & aut pallidum aut liuidum factum eſt. lib.2.cap.6.

XXVI.

Illud quoque mortis indicium eſt, ſi manibus quis in febre & acuto morbo vel inſania, pulmoniſue dolore vel capitis, in veſte floccos legit, fimbriaſue diducit, vel in adiuncto pariete, ſi qua minuta eminẽt, carpit. lib.2.cap.6.

XXVII.

Si dolor atque inflãmatio eſt in his partibus quibus viſcera continentur, frequenter ſpirare malum eſt. lib.2.c.8. Lucr.6. *Creber ſpiritus ac ingens raroque coortus.*

Frigidus ſpiritus *ſ. mortis indiciũ.* l.2.c.6.

XXIX.

Corp[illegible]d æqualiter totum inſudat, & cuius [illegible]icula eo ſudore finitur, ſecuritatem pollicetur. lib.2.cap.3. Lucr.6.l.

Securita-

Sudoriſq; madēs per collum ſplendidus humor.

XXXI. XXXII. XXXIII.

Præcordia inflammata,dolentia,dura,tumida,intenta:magiſque ſi hæc dextra parte, quàm ſiniſtra ſunt:[32] periculoſiſſimum tamen eſt ſi venæ quoque ibi vehementer agitantur. lib.2.cap.4.

Ergo protinus inſania timenda eſt vbi raro quis & vehemēter ſpirat, venaſque concitatas habet, præcordiis duris & tumentibus. Oculorum quoque frequens motus. lib.2.cap.7.

Vbi verò febris aliquem occupat, ſcire licet non periclitari, ſi præcordia eius ſine vllo ſenſu doloris æqualiter mollia in vtraque parte ſunt. lib.2.cap.3.

XXXVI.

Lucret.6.lib.

Aut etiam multus capitis cum ſæpe dolore
Conruptus ſanguis pletis è naribus ibat,
Huc hominis totæ vires corpuſque fluebat.

XXXVIII.

Quòd ſi paullo tumidiora ſint, ſed tamē digitis cedunt & non dolent, [illegible] valetudo, vt ſpacium aliquod habebit, ſic tuta erit. lib.2.cap.3.

XXXIX.

At ſi

At si præcordia tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinunt, hæretque per omne id tempus febris, tum in superiorib. partibus fit abscessus. lib.2.cap.7.

XLI.

Cumque omnis longus tumor ad suppurationem ferè spectet, magis eò rédit is qui in præcordiis, quàm is qui infra est. l.2.c.7.

XLIIII.

Ex suppurationibus verò hæ tolerabiles sunt quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. lib.2.cap.8.

Ex his deinde quæ in exteriorem partem prorumpunt, quæ maximæ, quæque planissimæ sunt, *s. pessimæ sunt*. lib.2.cap.8.

XLV.

Et ex his quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra se cutem non afficiunt, eamque & sine dolore esse, & eiusdem coloris, cuius reliquæ partes sunt, sinunt esse. ibid.

At ex suppurationibus hæ pessimæ sunt, quæ intus tendunt, sic vt exteriorem quoque cutem decolorent. ibid.

XLVI.

Pus quoque quacunque parte erumpit, si est leue, albũ & vnius coloris, sine vllo metu est. ibid.

SECTIONIS SECVNDÆ

I.

At aqua inter cutem, si ex acuto morbo cœpit, ad sanitatẽ rarò perducitur. l.2.c.8

II.

Vbi dolor in imo vẽtre & in coxis, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. lib.2.cap.7.

III.

Idem propositum periculum est his quibus voluntas desidendi est, venter nihil reddit, nisi & ægrè & durum: tumor in pedibus est, idemque modò dextra, modò sinistra parte ventris inuicem oritur atque finitur: sed à iecinore id malum proficisci videtur. lib.2.cap.7.

Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. ibid.

IIII.

Contraria sentẽtia est, nisi fortè mendũ subsit.

Mali etiam morbi signum est, nimis celeriter emacrescere, caput & pedes manusque calidas habere, ventre & lateribus frigentibus. lib.2.cap.4. Lucret.lib.6.

Intima pars homini verò flagrabat adesa,
Flagrabat stomacho flama, vt fornacibus int'.

V.

Corpus

Corpus quoque quod æqualiter molle & calidum eſt, *ſ. non periclitatur*, lib.2.c.4.

VI.

Si facilè conuertitur, *ſ. bonum eſt.* ibid.

VIII.

Illa quoque mortis indicia ſunt, vngues digitique pallidi. (*Hippocr. liuidi*) lib.2.c.6.

IX.

Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibuſque nigreſcere. Quòd ſi nõ eſt mors conſecuta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt. lib.2.cap.7.

Lucret. lib.6.

Et manibus ſine nonnulli pedibuſque manebãt
In vita tamen, & perdebant lumina partim.

XI.

Si noctu dormit, ſi interdiu vigilat, *ſ. bonum ſignum.* lib.2.cap.3.

Vbi nocturna vigilia premitur, etiamſi interdiu ſomnus accedit, *ſ. malum ſignum.* Ex quo tamen peior eſt qui inter quartam horam & noctem quàm qui matutino tempore ad quartam. lib.2.cap.4.

XII.

Vel nullo dolore ſubſtante ſomnus ereptus, continuataque nocte & die vigilia,

f. insaniæ indicium. lib.2.cap.7.

Pessimũ tamẽ est si somnus neque noctu, neque interdiu accedit: id enim ferè sine cõtinuo dolore esse non potest. lib.2.cap.4.

XIII.

At venter ei qui à periculo tutus est, reddit modò mollia, figurata, eodẽ ferè tempore quo secũda valetudine assueuit: modò cõuenĩetia his quæ assumuntur. lib.2.cap.3.

XIIII.

Aluus autem mala est ex toto suppressa. Periculosa etiam quæ inter febres fluens conquiescere hominem in cubili non patitur. lib.2.cap.4.

Periculosior est, si frequẽs deiectio est: si vẽter omnib⁹ horis & cũ somno & sine hoc ꝓfluit: si similiter noctu & interdiu. l.2.c.8.

XV.

Peior cita aluus est. Sed ne hæc quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est. lib.2.cap.3.

XVI.

Aut si procedente tempore paullatim contrahitur. ibid.

XVII.

Et rufa est, neque fœditate odoris similem al-

lem aluum sani hominis excedit. ibid.

XVIII.

Ac lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse nihil nocet. ibid.

XIX.

Scire licet non periclitari, si circa vmbilicum & pubem cutis plana est. ibid.

XX.

Vtique si quod descendit est perliquidũ aut albidum, aut pallidum, aut spumans, *s. periculosa aluus est.* lib.2.cap.4.

XXI.

Præter hæc periculum ostendit id quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, leue, album, idemque subpallidum. ibid.

Si quod excernitur, aut crudum est, aut nigrum, & præter id etiam leue, & mali odoris sit. lib.2.cap.8.

XXII.

Vel si est aut liuidum, aut biliosum, aut cruentum, aut peioris odoris quàm ex consuetudine. ibid.

In præcipiti verò iam esse denunciat quæ liquida, eademque vel nigra vel pallida vel pinguis est, vtique si magna fœditas odoris accessit. lib.2.cap.6.

XXIII.

Aluus quoque pestifera est, quę strigmē-tum, sanguinem, bilem viridem, aliquid modò diuersis temporibus, modò simul & in mistura quadam, discreta tamen repræsentat. ibid.

XXV.

Si inflammatio in superioribus partibus (*id est præcordiis*) dolorem tumoremque fecit, bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes euolutus, magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit. lib.2.cap.3.

XXVI.

Item si vrina modò liquida & pura est, modò habet quædam subsidentia, si leuia atque alba (27) rubraue sunt quæ in ea subsidunt, *s.notum est longum morbum fieri.* lib.2.cap.6.

26 Et in vrina subsidere albū, leue, æquale, *s.inter bona ægrotantium signa.* lib.2.cap.3.

XXVIII.

Pessima ex his si tanquam è furfuribus factas nubeculas repræsentat. diluta quoque atque alba vitiosa est. lib.2.cap.4.

XXIX.

Sicut

Sicut etiam si quæ quasi nubeculæ innatarint, in imum deferantur. ibid.

XXX.

Vrina verò rubra & tenuis in magna cruditate esse consueuit *s morbi*: (31) & sæpe antequam spatio maturescat, hominem rapit. Itaque si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. lib. 2. cap. 6.

XXXII.

Pessima tamen est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris. ibid.

XXXIII.

Atque in viris quidem & mulieribus, talis deterrima est. In pueris verò quæ tenuis & diluta est. ibid.

XXXIIII.

Interdum quoque vrina tenuis & cruda, sic diu fertur, vt alia salutaria signa sint, ex eoque casu plerunque infra transuersum septum (quod διάφραγμα Græci vocant) fit abscessus. lib. 2. cap. 7.

XXXVIII.

Si quis autem incidit vomitus, mixtus esse ex bile & pituita debet, *s. inter bona ægrotantium signa*. lib. 2. cap. 3.

XXXIX.

Vomitus etiam periculosus est syncerę pituitę vel bilis, peiorque si viridis aut niger est. lib.2.cap.4.

XL. XLI.

Atque in omni morbo vomitus qui varius & multorum colorum est, pręcipueque si malus in hoc odor est. lib.2.cap.6.

XLIII. XLIIII.

Neque inter initia terreri cõuenit, si protinus sputum mistum est ruffo quodã & sanguine, dummodo statim edatur. lib.2.c.8.

Lucret.lib.6.

Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore,
Salsaque per fauces rauca vix edita tussi.

XLVI.

Et tamen nihil peius est quàm syncerum id edi, siue ruffum est siue cruentum, siue album siue glutinosum,[47] siue pallidum, siue spumans:[48] nigrum tamen pessimum est. lib.2.cap.8.

XLIX.

In eodem morbo (*s. pulmonis*) periculosa sunt tussis, destillatio, etiam (quod aliâs salutare habetur) sternutamentum. ibid.

L.

In pul-

In pulmonis morbo si sputum primis diebus nõ fuit, deinde a septimo die cœpit, & vltra septimũ mãsit, periculosum est. l. 2. c. 8.

LII.

Dolor autem pulmonis, si neque per sputa, neque per cucurbitulas, neque per sanguinis detractionem, neque per victus rationem finitus est, vomicas aliquas interdum excitat. lib. 2. cap. 7.

LIII.

Sputum etiam biliosum & purulentum, siue separatim ista, siue mixta proueniunt, interitus periculum ostendunt. lib. 2. c. 6.

LIIII. LV. LVI.

Ac si septimum circa diem tale esse cœpit, proximum est vt is circa quartumdecimum diem decedat, nisi alia signa meliora peioraue accesserint: quæ quo leuiora grauioraue subsecuta sunt, eo vel seriorem mortem vel maturiorem denuntiant. ibid.

LVI.

Si nõ conflictatur, (*id est, à dolore liber est*) *inter bona ægrotantium signa.* lib. 2. cap. 3.

Mali etiam morbi testimonium est, difficulter ferre morbum, vix excreare, dolorem habere continuum. lib. 2. cap. 4.

In pul-

In pulmonis morbo, si sputo ipse leuatur dolor, quamuis id purulentum est, tamē æger facilè spirat, facilè excreat, morbum ipsum non difficulter fert, potest ei secunda valetudo contingere. lib.2.cap.8.

LVII.

Dolor autem pulmonis (*vide* 52) vomi-...s excitat, aut circa vigesimum diem, aut circa quadragesimum, nonnunquam etiam circa sexagesimum. lib.2.cap.7.

LVIII.

Numerabimus autem ab eo die quo primùm febricitauit aliquis, aut inhorruit, aut grauitatem eius partis sensit. Sed hæ vomicæ modò à pulmone, modò à contraria parte nascuntur. ibid.

LIX.

Quod suppurat, ab ea parte quam afficit, dolorem inflammationemque concitat, ipsum calidius est: & si in partem suam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. ibid.

LX. LXI.

Omnis etiam suppuratio quæ nondum oculis patet, sic depræhendi potest: Si febris non dimittit, eaque interdiu leuior est, noctu increscit, multus sudor oritur, cupiditas

tussiendi

tussiendi est, & penè nihil in tussi exscreatur, oculi caui sunt, malæ rubent, venæ sub lingua exalbescunt, in manibus fiunt adunci vngues, digiti maximeque summi calent, (*pallent*) in pedibus tumores sunt, spiritus difficilius trahitur, cibi fastidium est, pustulæ toto corpore oriuntur. ibid.

LXII.

Quòd si protinus initio dolor & tussis fuit, & spiritus difficultas, vomica vel ante vel circa vigesimum diem erumpet. Si serius ista cœperint, necesse est quidem increscant: sed quo minus citò affecerint, eo tardius soluentur. ibid.

LXIII.

Sine vllo metu est, si pure effuso, febris protinus conquieuit, desieruntque vrgere cibi fastidium, & potionis desiderium, si aluus coacta & conuenientia his quæ assumuntur reddit, & pus album, æquale totũ, eiusdemque coloris, sine pituita.

Quòd si ne rupta quidem vomica, vel pure extrinsecus emisso febris quieuit, aut quamuis quieuerit, tamen repetit: item si sitis est, si cibi fastidium, si venter liquidus, si pus est liuidum & pallidum, si nihil æger exscreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est. lib. 2. cap. 8.

LXVII.

Si quando etiam ſuppuratio deſcendit in crura,ſputumque eiuſdem factum pro ruffo purulentum eſt,periculi minus eſt. ibid.

LXVIII.

Si quid etiam abſceſſit,& antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore inſolita febre ſubſedit, periculum affert primùm furoris,deinde interitus. lib.2.cap.7.

LXIX.

Atque ex his quidem ſuppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, ferè ſenes moriũtur:ex cæteris iuniores. l.2.c.8.

LXX.

Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti, ſi ad viſcera tranſierunt, ſubitoque deſierunt, mortem ſubeſſe teſtantur, magiſque,ſi alia quoque ſigna acceſſerunt. lib.2.cap.6.

LXXII.

Ex veſica dolente, ſi purulẽta vrina proceſſit,in eaque leue & album ſubſedit, metum detrahit.

70 Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus tranſit, neque vllum ſignũ malum acceſſit, ſuppurationis eo loco periculum eſt. lib.2.cap.7.

SECT-

SECTIONIS TERTIÆ

XIII. XIIII.

Si mulier a partu vehemẽtes dolores habet, neque alia præterea signa mala sunt, circa vigesimum diem aut sanguis per nares erũpet, aut in inferioribus partibus aliquid abscedet. [14] Quicunque etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet, magisque si iuuenis erit, per sanguinis profusionem, si senior, per suppurationem. lib. 1. cap. 7.

XV. XVI.

Auris quoque dolor acutus [illegible] bre continua vehemẽtique sæpe men[illegible]bat. [16] Et ex eo casu iuniores interdum intra septimum diem moriũtur, seniores tardius: quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè insaniunt: ita sustinent, dum is affectus intus versatur. ibid.

XVIII.

Morbi genus pestiferum acutumque in faucibus esse consueuit: nostri Anginã vocant, apud Græcos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor neque tumor vllus apparet, sed corpus aridũ est, vix spiritus

tus trahitur, membra soluuntur. id συνάγχην vocant. lib. 4. cap. 4.

XIX.

Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est. Id ὡς συνάγχη vocatur. Illa communia sunt, æger non cibum deuorare, non potionem potest, spiritus eius includitur. ibid.

XX.

Leuius est, vbi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur. id παρασυνάγχην pellant. ibid.

XXIIII.

utem quæ subitò sine ratione, sine bonis signis finita est, ferè reuertitur. lib 2. cap. 7.

XXV.

Suppuratio autem pluribus morbis excitatur. Nã si longæ febres sine dolore & sine manifesta caussa remanent, in aliquam partem id malum incumbit,[26] in iunioribus tantùm: [28] in senioribus ex eiusmodi morbo [29] quartana ferè nascitur. [27] Eadem suppuratio fit, si præcordia dura, dolentia, ante vigesimum diem hominem non sustulerũt, neque sanguis ex naribus fluxit, maximeque

meque in adoleſcentibus: [35] vtique ſi inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerũt, ſed cùm in inferioribus partibus aliquid abſcedit. lib.2.cap.7.

35 At dolores capitis quibus oculorũ caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione, vel fortuita vel etiam petita, ſummouentur. lib.2.cap.8.

Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis, his aut capitis dolores ſunt, quos ſequitur, aut quædam ante oculos tanquam imagines (μαρμαρυγαὶ) obuerſantur.

XXXVI.

Contrà ſi caput febre continenti dolet, neque quicquam reddit, malum atque mortiferum eſt: maximeque id periculum eſt pueris a ſeptimo anno ad quartumdecimũ.

ΤΕΛΟΣ.

QVOS LOCOS EX PROGNOSTICIS HIP-
pocr. quibus in locis suorum monumentorum Galenus citarit.

SECTIONIS I.

1 Parag. 3 vict. acut. §. vltimo.
1 Epidem. com. 3. §. 46.
Quid παραλειπόμενα, 3. Prog. §. 39.
8 Prognostica Theoremata.
1 Epid. com. 2. § 1.
6 Epid com. 2. §. 37.
9 1 De offic. Med. §. 1.
6 Epid. com. 2. §. 46.
3 comm. §. 25.
De Marasmo cap. 2.
11 1 de crisi. cap. 6.
12 1 de cris. cap. 8.
13 6 Epid. com. 3. §. 28.
6 Epid. com. 2. statu 3. §. 21.
3 Prog. §. 39.
lemæ 6 Epid. 1. com. §. 24.
squalor pupulę 6. Epi. com. 1 §. 26. 6 Epi. com. 1. §. 25.
14 infra 3 lib. §. 39.

15 6 Epid. com. 1. §. 23.
16 6 Epid. com. 1. §. 31.
18 εἰς ἧπτρ. 1 lib. §. 18. lib. de tremor. 4. cap.
20 6 Epid. com. 1. §. 31.
23 3 Prog. §. 39.
24 3 Prog. §. 39.
27 1 Prorrh. §. 4.
3 de dyspnœa cap. 4.
1 Epid. com. 3. ægro 1 Philiscus.
3 Epid. com. 3. In Thaso Pythiona.
2 dyspn. cap. 3.
Frigidus spir. 6. Epid. com. 4. §. 30.
De vsu respir. cap. 3.
3. dyspnœ. cap. 10.
28 2 de crisimis dieb. cap. 11. 12.
23. 2. Aphor.
32 3 Prorrhet. Tex. 52.
36 3 Prorrh. 52.
1 Epid. com. 2. §. 55.
3 Prog. 35.

41 6 Epid.

41 6 Epid.com.2.§.43.
44 6 Epid.com.1.§.14.

SECT. II.

1 De criſ. 2.cap.12.
3 dyſpn.cap.9.
2 3 Epid.com.2.§.Adoleſcentulo in foro mendacium.
13 1 de criſib. cap.7.11.
17 1 de criſ.cap.11.
20 Prorrh.3.§.1.
25 6 Epid. com. 2. §. 40.
26 2 Prorrh.§.24.
De atr.bil.cap.vlt.
27 73.4.Aphor.
2 Prorrhet.§.25.
3 Epid. com. 1. §.5.
29 3 Epid.com.1.§.4.
31 Epid.3.com.1.§.4.
34 3 Epid.com.1.§.1.
37 1 de Criſ.cap.7.
39 1 Epid. com. 2.§.54.
2 Prorrh.§.26.
43 44. 45 1 de Criſ. cap.5.

57 2 de Criſ.dieb. 12.
70 2 Prorrh.§.35.
3 Epid.com.2.§.Alterã ex abortiuo.

LIB. III.

1 2 De dieb. decr. capit. 6.
3 1 de Criſ. cap.16.
6 2 de Criſ.cap.11.
2 die.Crit.cap.9.
7 1 de Criſ.cap 16.
8 1 Epid. com. 3.§.17.
14 30. 3 Aphor.
18 2 Prorrhet.§.54.
22 10. 5 Aphor.
32 1 loc.aff. in princ.
35 De loc.aff. ibid.
1 Epid.2.com.§.56.
36 1 Epid. 2. com.§.57.
38 2 Criſ. die.cap. 12.
39 1 de Criſib.cap.13.
1 Prorrh.§.2.
Victu acut. 4. §. 62.
40 3 dyſpn.cap.10.

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ STVDIOSIS IN ACAdemia Ienensi ANDREAS ELLINGERVS S.

ARgolicis pulsus terris citharœdus Apollo
Pugnãtis feritate Getæ, simul Itala regna
Teutonidosque plagæ fesso pede contigit arua,
Exilii comites Charitásque nouẽque sorores
Jn diuersa trahens secum, vicina sonanti
Tyrigetûmque Salæ vidit loca, quà ruit ingẽs
Et lapsus teretes raucis mugitibus urget
Saxa per & viridi lucentes margine ripas,
Vndique quas laterũ cingũt anfractibus altæ
Rupes pampineo prætexti & germine colles,
Vite sata pulcris se diffundente racemis:
Vidit & hærentes celsis in montibus arces
Bacchatamque iugis Ienam, riguáq; iacentẽ
In valle, & plenis fundentem pocula labris,
Pocula lætitiæ quæ nata feruntur in usum:
Fatidico tales prærupit pectore voces:
Non ego turritæ posthac seu Phocidos arces,
Seu Pindi nemora, aut Bœotûm pinguia rura,
Non Aganippæi stillantem aspergine fontis
Parnasum aut gelidi suspirans tristior Hæmi
Valles sollicita loca pristina voce requiram.
Hæc iuga, & hi mõtes, hæc aurea sũt mihi cor-
Prata: pererratis hac secli finibus orbis (di
Exul sede thronum figã, tutúsque quiescam.

Hic

Hic mihi Bellerophon Musis aperire sacratũ
Dignetur fontem, & fessis sua mœnia condat.
Sit meus hic Helicõ, mea sint hic tẽpla, sub ista
Valle mihi dulces aliquando Salana choreas
Ducat, & in numerũ ludãt, quicũq; vel artes
Ingenuas, linguamq́; volent cognoscere utrãq;,
Vel præstãda Deo quæ sint, præstanda potentis
Terrarũ imperii Domino, quid patria, ciues,
Quid sua quemq; domus, quid res sibi publica
poscat.
Deniq; quos rerũ abstrusas perquirere caussas
Et iuuat ardẽtes flammato viscere morbos,
Quiq; alii humanos populãtur nequiter artus
Discere, & herbarũ quas parturit uda recur-
Vallibus & dulci fumans vligine tellus, (uis
Virtutẽ occultam, qua dirus corpore anhelo
Decedat languor, fractaq; in pristina vires
Mox redeant, segnésq; vigor reuocetur in art⁹.
Dixit, & euentu res non caritura secundo
Assensu firmante poli, feliciter omnis
Confecta est: confecta tuis sanctissime princeps
Auspiciis ductuq; Elector JANFRIDERICE
Romani decus imperii, cui nulla tulerunt,
Nulla ferent similem Germanis secula terris
Religione, fide, virtute, illustribus armis,
Et solido mentis diuinæ robore in ipsis
Ærumnis, victor stupuit quẽ Carolus ingens
Hesperiæ pceresq; & Iberũm exercitus omnis.
Scilicet hunc Colophona tuis virtutibus ô Rex
Imponis, tu Bellerophon, victore Chimæra

Te cecidit trux, sæua, minax, Germanidos oræ
Æternũ opprobrium sanctiq; infamia cœtus.
Non te propositi sphinx Augustana tenacẽ
Terrifico inflexit vultu, victricibus armis
Effera: tu fidei hanc iaculatus cuspide fixti
Prostrastique solo, & longi monumẽta laboris
Hunc fontem Musis sacrasti, hunc relligioni
Saluificæq; larem doctrinæ constituisti.
STIGELIVM *verò, quo non felicius vllum*
Ingenium dias in luminis edidit oras
Terra ferax vini Cererisque Turingia flaua:
Stigelium vatem iussisti hæc munera primum
Diuidere, Aoniis plantasq; educere in hortis,
Castalii multo fontisque aspergere riuo
Cælestis plantas regni, quæ solibus auctæ
Maturis pulcro inciperent grandescere fœtu.
Tẽpore ab hoc fluxit, seros fluet usq; & in annos
Doctrinæ fons puræ, aperit quem Dia Salana:
Nec dulci, quamuis sitientes Sirius agros
Torreat, & brumæ stringat sola frigus iniquũ,
Destituetur aqua, scatebrisq; perennibus almi
Manabunt latices, veri sanctique ministri.
O recti studiosa cohors, ô Musice cœtus,
Ingenuas efferre caput meditate per artes,
Huc ades atque faue cœptis audacibus, ipse
Dũ GVILIELME *tuis parẽs Dux inclyte iussis*
Saxoniæ, flauum speciosa Lycea ad Elistrum
Linquo, ter exactis quinis ubi leniter annis
Et didici & docui medicas exercui & artes,
Teq; sequor tua me Princeps in regna vocãtẽ.

Sunt

Sunt aliis aliæ partes commissæ, ut in orbe
Disciplinarum variæ sunt multiplicesque
Artes doctrinæq;, Logos, Physis, Ethos, & inde
Manantes Medicina & illa scientia legum:
Me per Apollinei spacientem iugera campi
Ducãt tres comites, Panacea, Hygieia, Gale-
Natæ Asclepiades, tuq; ingeniose repertor (ne,
Phœbe salutari quæ fessos corporis artus (tur
Recreat artis ope, & morbis sine fraude mede-
Nil faustũ sine numine: nulla, nisi ipse medẽdi
Dirigat auctor opus, felix medicatio: inerti
Vincta stupore hæret mẽs, lingua, manusq;, nisi
Qui solus sapiẽs, humanæ aspiret opellæ. (ipse
Principiis, iuuenes, solet omen inesse: fauete
Principiis quæso, & quà Musarum ampla pa-
tescunt.
Hostia, confluite auditores, discite quod sum
Dicturus, cupida & bibite aure phœmia nostra.
Forsan erit quod vos delectet. Non ego magna
Polliceor, neque me præstãtibus insero demẽs
Ingeniis. quodcũque tamen mihi pectore riui
Fluxerit, hoc vestris volo seruiat vsibus omne.
Sũt artes geminæ: fragilẽ quarũ altera vitã
Vindice seruat ope, & pallẽtes subleuat ægros,
Siue manu, seu victu, siue potentibus herbis
Hærentem studeat membris elidere morbum:
Hymnis indulgens cœlestes altera diuos
Permistosque canit diuis Heroas. Apollo
Vtraq; Phœbe tuũ inuentũ: quia credita cœlo
Defluere omnis vis harũ atq; operosa facultas.

Principibus quoque digna viris habita utraq;
quondam.
Thessale te Chiron illas didicere magistro
Pelio in umbroso, secessu & nobilis antri,
Pulcher & Æsonides, Herosque Asclepi' ipse,
Cumq; suo Phœnice expers terroris Achilles,
Et sapiens Palamedes, & quoscũque per omnẽ
Hellada stirpe satos illustri Heroïca quõdam
Secla tulere. vigent sed eadẽ nũc quoq;, & iisdẽ
Tradendis vigiles exercendisque scholarum
Desudant operæ: medicinæ gloria toto
Terrarũ volat orbe. at abusus plurimus artẽ
Dedecorat. media siquidem prodire palæstra
Fumantésque Chymistarũ submittere furnos
Cernimus inuita truncantes stamina Parca,
Indoctosque rudésq; artisque operũq; medẽdi,
Thersitas, quorũ ars sũma inuentoribus artis
Inclementer dicere, fuco & picta venena
Ægris propinare, & anhelã abrumpere vitã.
Has pestes fugite, & bene lautis tangite Coi
Sacra senis manib', fumũq; atrásque fauillas
Quîs nitor ingenuæ corrũpitur aureus artis,
Hæresis indoctæ dum passim insania regnat,
Pura doctiloqui detergite voce Galeni.
Maximus Hippocrati debetur honos, tibi
magna
Interpres referenda Galene est gratia: quorum
Egregiis operum monumentis condita spirant
Vitæ præsidia, & saui medicamina morbi
Eruta vi rationis & vsu cognita, mentis

Quæ